¶Simulit aī de ſpeciebus diſtinctis poſito ꝙ adulterium eēt in infinitū graui⁹ peccatuȝ ꝙ ſimplex fornicatio. tunc arguiꝉ ſic:illud adulterium eſt in infinitū magis malū ⁊ magis puniendum ꝙ fornicatio.igiꝉ ⁊ ceſa.Hic forte reſpondeꝉ ꝙ in iſta ſpecie pene qua punit peccatū veniale pōt quodlibet peccatū mortale puniri infinite intenſiue et eternaliter.ſed non quacūqȝ ſpecie pene. Contra:ſecūdū iſtud ſeqtur ꝙ nulla pena q̄ pōt eſſe recōpenſatiua ꝓ aliquo pctō veniali quātūcūqȝ ſit intēſa ⁊ eterna ſufficiet ꝓ minimo pctō mortali:quod videtur graue.

¶Contra iſtā reſponſionē ſunt argumenta facta in queſtione.3°.articulo.Utrum aliquod infinitū ſit alio infinito maius vel minus. Similiter illa reſpōſio nō ſoluit.Probo ⁊ arguo iſtud ꝙ oīe peccatum mortale actuale eſt dignum in infinituȝ grauius puniri eternaliter ꝙ punietur.⁊ ꝙ quacūqȝ pena qua deus pōt punire aliq̄d peccatum infinita maiori etiā ī eadē ſpecie poſſet deus punire idem peccatum et ſemꝑ infinite citra cōdignū.Primo ꝓbo iſtā concluſionē.⁊ poſt arguo ipam eē falſam.

¶Arguo ſic.ſit gratia exempli.a.pctm̄.b.pena: arguo ꝙ quātuncunqȝ.b.pena augeatur ad infinitum gradū intenſiue in eadē ſpecie ꝙ nunꝗ erit ad condignuȝ punitus pro.a.ſed ſemper in infinitum citra condignum Arguo ſic ſit.c.in centuplo intenſior pena ꝙ b.tunc.c.pena per annū pt de⁹ iuſte et miſericorditer punire pro prima parte proportionali.a.et ꝑ aliū annū pro ſecūda parte.⁊ ſic ī infinitum.ergo ꝓ tota.a.malicia pt puniri.c.ꝑ īfinitos annos.ꝗ eternaliter.Siľr ad iſtud probādū redeūt omnia argumenta ſuperius facta

¶Ad ideȝ arguiꝉ ſic. nō pei⁹ ē ceteris parib⁹ puniri vno

anno pena.c.ꝙ centum annis pena b.nec per duos annos ꝙ ꝑ ducētos pēa.b.ꝛ ſic i īfinitū.ḡ nec ꝑ infinitos annos pena.c.ꝙ ꝑ infinitos centuꝫ annos pena.b.et ꝑ cōſequens ſi de us poteſt punire.a.pena.b ꝑ infini cies ducentos annos.poſſet conſi= militer punire.a.ꝑ infinitos ānos. c.pena.ꝛ hoc eſt eternaliter igiẗ.

¶Ad idem arguo et probo ꝙ.c.pena eterna non ſit ma= ioꝛ pena ꝙ.b.ꝛ arguo de omnibus penis eternis ꝙ nulla pena eterna ſit maioꝛ alia ꝛ maxīe de penis eiuſ dē ſpeciei. Arguo ſic ymaginetur vna multitudo infinita penaruꝫ.b alia multitudo infinita penaruꝫ.c. tūc multitudo.c.non eſt maioꝛ pe= na ꝙ multitudo.b.quod probatur multipliciẗ. Primo ſic centum tūc b. foꝛēt tam mala ꝙ malum ē vnuꝫ c.Sit tunc ſemꝑ pena.b.ex centuꝫ b.d.tunc.d.eſt tā mala pena ꝙ ma= la eſt.c.quia vtrūq̄ ē cētuplū ad.b. et preciſe nō ſūt plura nec paucioꝛa ꝙ.c.ergo tā mala eſt multitudo ex omnibꝰ.d.ſicut ex omibꝰ.c. et eadē eſt multitudo ex.d.que eſt ex.b.er= go ꝛc.Et poteſt argumētum cōfir= mari de quantis infinitis cōtinuis Similiter capta tali multitudine penarum.b.infinitarum tēpoꝛali= um et alia multitudine.c. tēpoꝛali um penarum.Arguitur tūc ſic.cui libet pene.c.coꝛreſpondet tanta pe na in multitudine.b. ergo ſimplici ter nulla earum eſt alia maioꝛ. Si militer pro omni multitudine pec catoꝛum pro qua multitudo.c.fo= ret ſufficiens: multitudo.b.ſuffice ret ergo ꝛc. Patet aſſumptum: qꝛ ſit multitudo infinita peccatoꝛum d.tunc ſi vnū.c ſufficiat pro vno.d. centum.b.ſufficient: puniat idem ſemper deus vnum.d.per centum b.tunc quodlibet.d.tantum puni= etur quātum puniẗ ꝑ.c.ergo ꝛc.

¶Quarto ad idē pꝛo boᵐ.c.pena eterna nō ſit maioꝛ pe na ꝙ.b.quātuncūq̄.c.fuerit itenſa ꝛ.b.remiſſa. Arguo ſic de quātis continuis. Si eſſet vnū quātum in finitum ab.a. puncto in infinitum verſus oꝛientē vndiq̄ in groſſitate pedalis ꝙtitatis ꝛ ſit.b.et ſit coꝛpꝰ c.vnum aliud conſimile infinitum ſemipedalis ꝙtitatis tūc ſecundū iſtam rñſionem.b. eſſet duplum ad c.ſicut eſt de duplicatiōe ratione in tenſionis.Sed hoc eſt falſuꝫ pꝛobo. quia ex.c.poteſt fieri vnuꝫ tm̄ ſicut eſt.b.nlla facta condēſatione vel ra refactione generatione/ vl̄ coꝛrūp= tione alicuius partis poſito ꝙ deꝰ alteram ꝑtem pꝛopoꝛtionalē ſemꝑ addat ad groſſiciē. Similiẗ nō plu= res ſunt pedales ꝙtitates in vno il loꝛum ꝙ in reliquo. ergo nec totuꝫ eſt maioꝛis ꝙtitatis. Aſſumptū pa tet quia nō plures ꝙ ſunt ꝑtes pꝛo poꝛtionales i hoꝛa. Nam ſi deus in omi ꝑte pꝛopoꝛtionali hoꝛe ānichi laret vnam ſecundū oꝛdinē.in fine omnes foꝛent ānichilate.quod nō eſſet niſi quia non ſūt plures ꝑtes in vno ꝙ in alio. Similiter ſi.b.eſ= ſet duplicatum ad.c.foꝛet poſſibile ꝙ aliqua duo quāta equalia creſce rent equaliter et tm̄ in fine tēpoꝛis vnum erit duplum ad aliud vel tri plum ꝛ ſic in īfinitum.ꝙ hoc ſequa tur patet ſic poſito ꝙ.b.creſcat non quanto ſecundum omnes ꝑtes pꝛo poꝛtionales hoꝛe in quacunq̄ ꝑte acqui rēdo duas pedales quantita tes ſecundum longitudineꝫ ꝛ groſ ſiciem ſimul.et.c.ſimiliter duas ſe cundum longitudineꝫ.tunc erit.b. continue in duplo longius ꝙ.c.ꝛ.c. continue in duplo longius ꝙ. b.er go.b.et.c.ſunt ſimpliciter equalia et ſic erunt continue per totam ho raꝫ.et tamen in fine hoꝛe vnū erit dupluꝫ ad aliud.Conta iſtud argu

mētatū ē ſatis in tertia q̄ſtione.

¶ Ad idē arguo ſic.

Ponatur ꝙ.b.ſit vna pena annualis ꝛ ꝙ poſt.b.p annū aliū faciat.c. equalem.et ſic in infinitū ſit.d.vna parua pena eiuſdē ſpeciei et ſit eťna.ſic ꝙ ſortes peccet continue.a. peccato p vnā horā:et plato ſimiliter ꝑ eo ꝙ ſortes peccauit in pma parte ꝓportionali hore vel ꝑ pma pte pro portionali malicie ſue. puniat eū deus.b.pena vno ano:ꝑ ſecūda parte.c.pena.et ſic in infinitū puniat platonem.d.pena parua eternaliter quantuncūq; remiſſa.du3 tamē pro omni parte proportionali culpe ſue puniatur eternaliter: q2 ī omni parte proportionali hore meruit puniri eternaliter Hijs poſitis quero nūqd ſortes grauiꝰ puniretu q̄ plato.quod ſic p3 et arguo ſic Pro nulla pte peccati ſortis eſt ſortes punitus iuſte eternaliter et pro omni parte peccati platonis ē plato punitꝰ eternaliter ergo grauius eſt plato punitus q̄ ſortes cū ſint pene eiuſdē ſpeciei Siliꝛ pro oī parte peccati ſortis eſt ſortes punitus in infinitū citra condignum.et plato non.ergo ſortes eſt minꝰ punitus. Similiter ex iſto ſequitur poſſibilitas cōcluſionis ꝙ ſortes ꝛ plato cōmiſerunt equalia peccata qualitate et q̄titate et ſortes pro oī peccato ſuo punietur in īfinitu3 citra condignū ꝛ ad ꝯdignū.ꝛ tamē plato quaſi in infinitū minꝰ punietur q̄ ſortes.

¶ Ad idem arguo ſic

ponatꝛ in re vl in ymaginatione ꝙ ſit vna multitudo īfinita pctōꝝ venialiū quoꝝ quodlibꝫ ſit ſub.a. gradu.hoc videtꝛ ſecundū multos poſſibile:quia ab eterno potuiſſet deꝰ feciſſe creaturā rōnalē q̄ infinities ī tpe eťno peccaſſet:et nūq̄ pena ſē ſua fuiſſet adhuc punita.capio tūc vnā penā eternā ſit.b.Et q̄ro tunc vtꝝ p.b.penā eternā ꝑt ille peccās ſufficienter puniri vel nō.Et pmo arguo ꝙ ſic q2 p.b.ꝰ penā diurnā pōt vnū.a.ſufficienter puniri.ꝛ p aliud b.diurnū ad.a.et ſic in infinitū. ergo p infinitas.b.penas diurnas pt multitudo infinita.a.peccatoꝝ ſufficienter puniri et ad condignum ſed.b.pena eterna cōtinet infinita b.diurna.ergo ꝛc.Similiter illo volo arguere ꝛ probare ꝙ oīs pena eterna que ſufficit ad puniendum aliquā multitudinē peccatoꝝ venialium ſufficit ad condignum punire oēm multitudinem et qualibꝫ pena eterna que ſufficit pro vna tali multitudine ſufficit pro quacunq;. quia capio multitudinē ſub.c. gradu/ ſit.c.gradus centuplꝰ ad.a.tūc ſic.b.per centum dies ſufficit pro vno.c.et per alios cētū pro alio.c.ꝛ ſic in infinitum.igr p infinities cētum dies pro infinitis.c.b.eterna continet infinita.b.cētum dieꝝ.igr Et per idem argumentum arguitur ꝙ omnem penam quam poteſt infligere pro multitudine.c.poteſt īfligere pro multitudine.a.Et idē argumentu3 fieri pōt de partibus peccati mortalis ꝙ oīs pena eterna que ſufficit punire vnum peccatum mortale ſufficit punire quodcunq;.et ſecundum illud ſequitur vltra ꝙ deus tantū ad condignu3 puniet ſortem et platonem ꝑ equali peccato.et tamen continue ī duplo puniet.et punit ſortem q̄ platonem. Probatur ſic.Ponatur ꝙ ſortes et plato pro.a.mortali ſic puniantur.b.c.penis et ſit.b.dupla vl centupla ad.c.pro prima parte.a. puniat deus ſortem.b.pena per diem:et platonem.c.pena per duos dies.et ſic in infinitum.tunc ita ad condignum punitur plato pro omi parte proportionali ſui peccati ſi-

cut ſortes:et tamen continue ī du‑
plo minus igitur.

¶Ad idem arguit̄ ſic

Omnē penā temporalem quā de⁹ pōt īfligere pro oī peccato mortali actuali per minimum tp̄s pōt īfligere infinitā intenſiue eternaliter pro quocunq̄ paruo peccato mortali. et in infinitū punietur citra cōdignum ⁊c. Probo ſic. Sit. a. vna penaquā deus poteſt infligere ꝑ tp̄s aliquod pro omni peccato mortali Sit. b. vnum peccatum mortale. ꝓbo ꝙ deus pōt punire eternaliter pro. b. punire. a. pena infinita intenſiue. Arguitur ſic. a. penā per diem poteſt deus īfligere pro omni mortali:⁊ aliquod mortale poteſt eſſe minus in duplo et in triplo. ⁊ ſic in infinitum vſq̄ ad non gradū peccati. ergo pro oī peccato mortali p̄t deus infligere. b. per diem. ⁊ ſi eēt dupla pena q̄ nunc eſt et tripla. et ſic in infinitum. ergo pro omni ꝑte b. pōt deus infligere. a. penā ꝑ diez ſub omni gradu poſſibili. ergo pro infinitis partibus ipſius. b. p̄t eternaliter infligere. a. ſub oī gradu poſſibili pene ſub quo. a. poteſt eſſe

¶Ad idem arguo ſic

deus omne peccatum mortale punit in infinitum citra condignum et omne punit aliquali pena. ergo omne peccatum eſt infinite puniendum. Añs pꝫ vt ſuperius tactuꝫ eſt pro oīm parte peccati mortalis poteſt deus quacunq̄ pena ymaginabili temporaliter punire:et ſi ſic faceret infinite grauius puniret. ꝗ ⁊c. Similiter omni tempore finito poſſet deus punire in infinituꝫ grauius. ergo ⁊c.

¶Ad idem arguitur

de pena infinita ītēſiue tali. poteſt deus (et non puniendo vltra cōdignum) punire ſortem pro. a. mortali. et pro omni peccato pro quo pōt deus ꝑ aliquod tempus punire pena infinita intenſiue:poteſt eternaliter punire pena eadē ſēp puniēdo citra ꝯdignuꝫ:quia pena īfinita ītēſiue ꝑ annum nō eſt maior q̄ per diem. et eodem modo de tempore eterno ſicut eſt argutum ꝙ vnū infinitum nō eſt maius alio.

¶Ad idem quātūcū

q̄ ꝑfectam habeat creatura gratiam vel quantūcūq̄ ip̄a fuerit bona et digna vita eterna ꝑ quodcūq̄ modicuꝫ peccatum mortale meretur omne bonū et oīe meritū ⁊ eſſe ſuum perdere. ⁊ qualibet pena ſenſus poſſibili puniri: et quacūq̄ pena ſēſus poſſibili data aliqua talis ꝑuatio p̄t eſſe tāta pena. igitur qualibet pena ſenſus poſſibili pōt deus iuſte et citra condignum punire pro quocūq̄ pena modico peccato mortali.

¶Ad idem arguo ſic

nullum peccatum mortale in eadē ſpecie eſt alio grauius. ergo ſi pro vno peccato debeatur aliqua pena pro quocunq̄ debet infinita. ꝗ ⁊c. Aſſumptū probo. et arguo ſic de. a. et. b. peccatis ſit. a. grauius ī duplo q̄. b. Contra arguo ſic ſi eēt vna multitudo ex infinitis. a. alia ex infinitis b. multitudo ex infinitis. a. nō eēt peior q̄ multitudo ex infinitis. b. qđ probo:quia ſi eſſet pono tunc vltra ꝙ ſemper ex duobus. b. fiat vnum equale. a. et vocetur tunc. c. tunc in iſta multitudine ex. b c. tot ſunt. c. quot ſunt in alia multitudine ⁊ cuiſlibet. a. eſt vnum. c. equale. ergo illud aggregatum ex omnibus illis īfinitis c. eſt idem et equale aggregato ex illis. a. ꝗ ⁊c.

¶Et arguo tunc vl‑

tra aggregatum ex infinitis. b. eſt tantum malū et pena ſicut aggregatum ex infinitis.a.& ſi quodlibet b.fieret minus in duplo vel in triplo.et ſic in infinitum ꝙ nunc ē:adhuc aggregatū ex illis infinitis b. eſſet tantum ſicut aggregatum ex infinitis.a.ergo et eadem ratione aggregatum ex infinitis partibus b. erit tantum ſicut aggregatū ex infinitis partibus.a.et per conſequens.b.erit tantum peccatum ſicut.a.

¶ Et confirmatur

iſtud argumentum per hoc ꝙ ſi omnes partes peccati eſſent alicuius gradus malicie:& ſub dupli & ſub tripli.et ſic in infinitum. adhuc illud peccatum eſſet equalis malicie ergo eadem ratione ſi prima pars peccati ſit alicuius malicie & ſecunda ſubduple et ſic ī infinitū adhuc cōtinue aggegatum ex ōib⁹ ptib⁹ pcti erit equalis malicie.

¶ Anteꝗ̄ vltra procedam

primo rñdebo ad argumenta iam facta.Et pono vnā concluſionem nichil aſſerendo.et eſt cōcluſio iſta ꝙ̄ tuncunꝗ̄ pena magna puniatur quis eternaliter pro peccato mortali actuali:punitur ſemper in infinitum citra condignū.Iſta cōcluſio patet aliqualiter ex ſupra dictis argumentis:qꝛ ſi ſortes puniatur pro.a.peccato mortali eternaliter pena.b.et.c.ſit in duplo maior pena.b.vel in triplo.et ſic in infinitum:adhuc poteſt ſortes iuſte puniri.c.eternaliter.ergo in infinitū citra cōdignū:qꝛ ſupi⁹ argutū ē ꝑ vnum annum poteſt ſortes puniri c. pena pro prima pte proportionali.a peccati.et per aliū ānū ꝓ ſecunda.et ſic in infinitum. ꝑ ꝓ oīb⁹ ptibus.a.infinitis annis.igr̄ eēnaliter ſꝑ citra cōdignū:qꝛ oēꝫ partē punit ſola pena temporali.& poſſet pena eterna eiuſdē ſpeciei punire et oīs pena eterna eſt maior in infinitum ꝙ̄ aliqua temporalis eiuſdē ſpeciei.igitur.

¶ Ex iſta cōcluſione

ſequit̄ alia.videlicet iſta ꝙ oī pena tpali qua p̄t citra cōdignū puniri pctm̄ omne mortale actuale in infinitū maiori pena itēſiue e&ēna p̄t puniri eēnaliter oē peccatū mortale.

Et probatur ſic:et primo qꝛ data.b. pena qua temporaliter pōt puniri omne peccatum mortale.adhuc.c. pena dupla intenſiue poteſt puniri eternaliter omne peccatum mortale ꝓbo ſic.et primo pono ꝙ.b. pena eterna poteſt puniri omne peccatū mortale. Arguitur ſic.b.pena diurna poteſt puniri oīe peccatū mortali. ergo prima pars.a.peccati per diem:et ſecunda per aliū diē.et ſic in infinitum citra condignū.ꝑ b.pena puniri pōt eternaliter oē peccatum in infinitum citra condignum.et.c.pena per poſitum eſt tātum duplum.ad.b.ergo et.c.pena eternaliter poteſt puniri omne peccatum mortale.qꝛ omni pctō mortale eſt aliud peccatuꝫ mortale poſſibile min⁹ in duplo.qꝛ hꝫ medietates ſm intenſionem et medietates medietatum . et ſic in infinitum.

¶ Ex hiis concludo

tertiā cōcluſionem q̄ videt̄ mirabilis:et eſt iſta ꝙ infinita pena ſenſus pōt oē peccatū mortale actuale puniri in infinitum citra ꝯdignum.

¶ Quarta concluſio

ſequitur & eſt.Quod quantacunꝗ̄ pena puniri pōt aliquod peccatuꝫ mortale citra condignum tanta pena puniri p̄t & citra ꝯdignuꝫ qđcunꝗ̄ pctm̄ mortale in eadē ſpecie.

¶ Contra iſta multi-
pliciter obijcitur Primo ſequitur ꝙ deus nullum peccatū mortale pōt punire ad condignum. ſed neceſſario oīs pena ē ī infinitū citra condignum: vel in infinitū vltra condignū. Probatꝰ ſic. Sit. a. pctm̄ et. b. pena. Tūc arguo ſic ꝙ ſi. b. ſit citra condignū pro. a. ꝙ erit in infinitum citra cōdignū. q2 ſi pro. a. b. ſit citra cōdignū. tunc in infinitū maior pena. b. eſt citra condignū vt patet ex dictis. et per ꝯñs. b. erit in infinitum citra condignū. Similiter ſi. b. ſit pro. a. citra cōdignum. tunc. b. per aliquod modicum tēpꝰ eſſet in infinitū citra cōdignū ꝓ prima parte. a. et per tm̄ tempꝰ iterū pro ſecunda pte. ⁊ ſic eternaliter. ꝯ b. eſſet eternaliter in infinitum citra condignū ꝓ omnibꝰ partibus a. ergo. ⁊c.

¶ Eodem modo ar-
guitur ꝙ ſi. b. ſit vltra ꝯdignū p. a. eſt in infinitum vltra condignū ꝓbatꝰ. q2 tūc. b. p aliq̄d modicū tēpus eēt vltra ꝯdignū ꝓ alia pte. a. ergo eternaliter in infinitum vltra condignū. Pñ. b. p aliquod modicum tps ſit vltra ꝯdignū. ꝓbo q2 aliter ſeq̄tur ꝙ. b. p nullū finitū tps eſſet vltra ꝯdignū ꝓ aliqua pte. a. ⁊ p cōſequēs p infinita tpa equalia poſſēt ptes. a. puniri. b. pena ⁊ ſēper citra ꝯdignū. ꝯ totū. b eſſet eternaliter pro a. citra condignū q̄d eſt oppoſitum poſiti.

¶ Ad idē ſecūdū iſtā
rñſionē ſeq̄tꝰ ꝙ ſi ſor. peccaret ī duplo grauiꝰ platone vꝉ ī triplo. ⁊ ſic ī in finitū ſor nō eēt dignꝰ maiori pena ꝙ̄ plato q2 oī pena q̄ ſor ē dignꝰ eſt plato dignus. ⁊ econtra ⁊ tamē deus de facto puniet ſortē maiori pena videtur ꝙ deꝰ iniuſte faceret

¶ Ad idē. ſi infinita
pena intenſiue et eterna ſit oē peccatum mortale puniendum. videtꝰ ꝙ oē pctm̄ mortale ſit infinite mali cie intenſiue.

¶ Pro iſtis argumē-
tis modicum tractabo nunquid de facto deus puniat in inferno omē pctm̄ ad cōdignū. Et arguo ꝙ non multipliciter. ¶ Primo ſic quacū ꝙ pena deꝰ punit pctm̄ mortale ī inferno: et infinitum intenſiori pena poteſt punire idem peccatū ⁊ eternaliter. ꝯ ⁊c.

¶ Secundo ad idem
puniatur ſortes. a. pena eternaliter: tunc ſecundum iſtam viam deꝰ puniret ſortem ad ꝯdignū. Cōtra eq̄li pena ꝓ equali pctō puniat plato nē p ducētos annos ſub equali gradu. Tunc arguo ſic deus punit ſortem ad condignū igitur. Et pt illō etiā ꝓbari p hoc ꝙ continue pꝰ hᵒ ſic erit ꝙ deus puniuit ſortē pena ſibi debita eterna. Sed ꝯtra tm̄ punit platonē p cētū annos ſicut ſortē: ⁊ platonē in infinitū citra condignum. ergo ⁊c.

¶ Tertio ad idem ar-
guo p Augu. 12. de ciuitate dei. ca. 25. vbi iprobās errorē origenis tractās illud. ps. Nūq̄d obliuiſcetꝰ deꝰ miſereri aut cōtinebit in ira miſeratōes. Sꝫ qbꝰ placet iſtā iniaꝫ vſꝙ ad illā ipiorꝫ tormēta ꝓtendere ſaltē ſic intelligant vt manēte ī ira dei q̄ ineterno eſt p̄nunciata ſupplicio non ꝯtineat deꝰ ī hac ira miſarationes ſuas: ⁊ faciat eas nō tāta ꝙ̄ta digni ſunt penaꝝ acerbitate ⁊ atrocitate cruciari non vt eas penas vel nunꝙ ſubiciāt vꝉ aliq̄n finiant. ſꝫ vt eas mitiores ꝙ merita ſūt eorum leuioreſꝙ patiantur. et. 4ᵒ.

¶Quarto ad idez arḡ ſic. Si ad condignū punit deus ī inferno cū quātū pt ad cōdignū vel citra punire aliq̄d pctm̄ tm̄ pt puniri oē pctm̄ eiuſdē ſpeciei. ſeq̄r ꝙ deus oīa pctā eiuſdez ſpeciei puniet equaliter ⁊ eadē rōne oīa merita ī celo premiaret equaliter qḋ ē falſū et contra omnes ſanctos.

¶Nūcarguo ad aliā ptē ⁊ pbo ꝙ de⁹ de fctō puniat oē pctm̄ in inferno ad condignum: et ꝙ non pōt grauius punire pctm̄ ꝙ̄ de facto punit. Et arguo multipl'r Primo nulla pēa eterna ſub quanto cunq̄ gradu intenſo ē maior remiſſiori pena et eterna ſub quātocūq̄ gradu modico remiſſo. et maxime de penis eiuſdē ſpeciei. Sed ſi aliq̄ pena in illa ſpecie ī qua de⁹ nūc punit de facto ſub aliquo gradu poſſibili finito vel īfinito foret cōdigna ꝓ pctō. ḡ pena ſub gradu remiſſo q̄ nunc punit eternalit' ē ad cōdignū.

¶Cōſimiliter arguo ꝙ deus nunc de de facto non plus puniat mai⁹ peccatū ꝙ̄ min⁹: qꝛ ſi puniat mai⁹ peccatū ītēſiori gradu ⁊ minus remiſſiori ⁊ pena eterna ſub intenſiori gradu nō ē maior ꝙ̄ ſub remiſſo. ḡ ⁊c.

¶Et codē mō arguo ꝙ de⁹ nō pt plus punire pctm̄ ꝙ̄ punit: qꝛ ſi puniat ſb ītēſiori ḡdu. pēa tn̄ nō ē maior vt argutū eſt ſuperius.

¶Cōfirmatur ſic ⁊ pōnatur ꝙ ſi puniuiſſet de⁹ duas creaturas ab eterno vnā ſub. a. gradu in cētuplo ītēſiori ⁊ aliā ſub gradu. b. in cētuplo intenſiori non plus fuiſſet vna punita q̄ alia. ergo ⁊ eadem rōe ſic erit de futuro. Sil'r. ſi vna creatura puniatur eternaliter ſub. a. ḡdu tm̄ puniet illa ſicut alia fuit punita ſub. a. gradu. ⁊c.

¶Pro reſpōſione ad argumenta facta pono aliquas cōcluſiones nichil aſſerendo. Prima ergo eſt ꝙ nullo infinito eſt aliud infinitū mai⁹. Iſtā intelligo ḋ hūis que ſunt eiuſdē ſpeciei vt poito ꝙ b. c. forent duo corpora quanta ſi. c. corpus extendatur ab. a. puncto ī infinitū verſus orientē ⁊. b. foret in aliūs dimenſionib⁹ duplū vl' triplū et ſic in infinitum dico ꝙ. b. nō eſſet maius. c. Eodē mō dico ꝙ ſi ex. b. ⁊ c. fieret vnū compoſitū ſine corruptione vel rare factione vl' cōdēſatione partiū totū. b. c. nō eēt mai⁹ vno illoꝝ per ſe. Et eodez mō dico ꝙ infinitum nō eſt mai⁹ ſua parte. Itez hic intelligo de ly maius ſecundū intēſionē ⁊ extenſionē ꝙ ſi. a. ſit vna pena eterna ſub certo gradu et. b. eiuſdē ſpeciei ſub centuplo remiſſiori ꝙ. a. pena nō erit eternaliter maior. b. nec pena eterna ſub. a. gradu eternitate a parte ante vel a parte poſt. loquendo de pena vt hꝫ ſucceſſionem in tpe ſecundū imaginationē ſucceſſiuoꝝ nō ſecundum eē permanens quod hꝫ in inſtanti. Idem dico ꝙ ſi ſortes hodie decederet et plato per centum annos poſt cum eq̄li pctō et ſub eodē gradu puniatur ſortes tamen non plus puniet licet ꝓcederet tpe in eternū: tamē erit ſortes magis punit⁹ ꝙ̄ plato.

¶Sexta cōcluſio. nō plus puniet deus ī inferno maius peccatum ꝙ̄ minus: hoc ſequitur ex predictis concluſionibus.

¶Septima cōcluſio Semper maius peccatuꝫ punit deus in inferno gradu intenſiori pene: et ſecundum iſtum moduꝫ intelligunt doctores qui dicūt ꝙ ſe-

cundum quantitatē cu'pe erit quā titas pene.

¶ Octaua concluſio quilibet puniend⁹ eternaliter ſub gradu quātocunqꝫ remiſſo pene tā tū punietur quātū eſſet puniti⁹ ꝛ ſi eternaliter apte añ fuiſſet puniti⁹ gradu infinite intentionis in illa ipē et pena talis infinita intenſiue nō eſt in ſe maioꝛ ex hoc ꝙ diutius durabit in tēpoꝛe quia in nullo inſtanti ē ita ꝙ pena extenditur ꝑm partes tempoꝛis.

¶ Secūdo arguitur principaliter ad queſtionē ꝛ ꝓbo ꝙ non pꝛo ſolo pctō moꝛtali pena eterna debeatur. qꝛ pꝛo actib⁹ exterioꝛib⁹ pena eterna debetur. vt ptꝫ ꝑ apl'm ad galatas. 5ᶜ. vbi enūerans pctā ꝛ act⁹ exterioꝛes puta opera carnis que ſunt foꝛnicatio inuidia: luxuria: ydoloꝛū ſeruit⁹: idolatria ꝛ ſimilia Et addit ꝙ qui talia agūt regnum dei non conſequentur. et tales actus exterioꝛes non ſūt pec cata ergo non pꝛo ſolo pctō moꝛtali pena eterna debetur.

¶ Nūc hic tractabo iſtum articulum. vtrum actus exterioꝛes aggrauant pctā. Et arguitur pꝛimo ꝙ non ꝑ auctoꝛitatē auguſtini pꝛimo de libero arbitrio ca. 6ᵒ. vbi dicit auguſtinus. Si alicui non contingat facultas ꝯcubē di cum coniuge aliena plane tamē eſt aliquo modo euꝫ cupere et ſi po teſtas deſit eſſe facturum non minus reus eſt ꝙ̄ ſi in ipſo facto com pꝛehenderetur. et ponitur in caſu de penitētia diſt. pꝛima. Similiter per hugonem de ſacramētis libro ſecundo p'te. xiiij. capi. ſexto vbi ni titur oſtendere ꝙ̄ ſecundum ſolaꝫ ꝗtitatem voluntatis eſt meritum et dicit pꝛimo totuꝫ meritum ī voluntate eſt. et addit quantum vis tantum mereris. et poſt mouet ſic queſtionem ſi totū meritum ſit in voluntate vel amplius ex opere ē vel cum ipſum opus cum voluntate eē. quare ergo opus requiritur ſi pꝛo opere meritoꝛio nichil addicitur vel offeretur Et reſpōdet audi quare nam poſt voluntatem etiam opus requiritur vt ipſo opere volūtas augeatur. Et poſt addit ſi foꝛte cōtingat tāta volūtatē eſſe ī eo qui non operatur quanta eſt in illo qui opus exercet vbi nec volūtas eadem eſt merituꝫ diſſimile eē non poteſt. Et poſt in eodem cᵒ. hominis voluntas ſiue ad bonum ſiue ad malum. ſola ꝑmiatur. ꝛ poſt dicit ſiue opus ſit. ſiue nō ſit. nihil ī voluntate minus eſt niſi foꝛte in hoc ꝙ voluntas ipſa maioꝛ fierꝫ ſi ipſum opus fieret et poſt vbi plus datur et vbi minus differens meri tum nō eſt ſi equalis voluntas habeat. ꝛ m'lte expꝛeſſe auctoꝛitates pꝛo parte iſta.

¶ Ad idem arguo ſic ſi act⁹ exterioꝛ aggrauaret vel augeret meritum vel demeritū tūc hñs actum equalem et ſimi'r exteri oꝛem eſſet melioꝛ ꝙ̄ ſolū hñs actū inte rioꝛē ꝛ non exterioꝛem. Et vltra ex hoc ſequitur ꝙ equaliter de um diligētes inequaliter a deo diligerentur. et ꝙ minus diligēs magis diligeretur. ꝛ ꝙ inequaliter diligentes equaliter diligerētur qꝺ eſt contra Auguſtinum omelia vltima ſuper Jo. tractans de petro ꝛ iohanne ſic dicit ꝙ ſi pꝛoponamus querentes quis duoꝛum ſit melioꝛ vtrum qui plus vel minus diligit chꝛiſtum qs dubitabit reſpondere eum qui plus diligit xp̄m eſſe melioꝛē. Item ſi ꝓponamus quis duoꝛum melioꝛ vtrum quis minus diligit aut qui plus diligit xp̄m cum qui plus diligitur a chꝛiſto melioꝛ

rem proculdubio reſpõdebimus: ⁊ conſequentia prima ſic probatur Ille qui habet actum interiorem et exteriorem ceteris paribus plꝰ mereretur. ergo eſt melior ergo a deo magis dilectus. et tamen non magis diligit cum dilectio ſit actꝰ interior qui perpoſitum equalis ē in vtroq̨ igitur.

¶ Ad idē arguo per gloſā ſuper illud mathi.13.⁊ luce. 31. hec paupercula plus glo. deꝰ nõ ſcientiam offerentium ſed conſciẽtiam penſat. nec perpendit quantum in eo ſacrificio. ſed ex quanto proferamus affectu.

¶ Ad idē arguo per gloſā ſuper illō math.13. bonꝰ hõ de bono theſauro gloſa tãtū bonū facis quantum intendis.

¶ Ad idē arguo per glo. ſup illō ad cor.c. viij. Qui multum abundauit ⁊ qui modicum nõ minorat dicit gloſa. qui multū dat vt diues. et qui parum vt pauper. ſi equa voluntas eſt. equalē habebunt mercedem.

¶ Ad idē arguo per glo. ſuper ps.57. et ſi in corde iniquitates operamini.⁊c. dicit glo. Quicquid vis ſi non potes: deus factū imputat.

¶ Ad idē arguo per glo. ſup idē pe. ad cor.13. Si diſtribuero in cibos pauperū.⁊c. dt glo. nõ ex quãtitate ſui ſ3 ex charitate plus vel minꝰ pficiũt. ⁊ poſt tantū ē dare calicē aq̄ frigide. quãtū fuit zacheo dare dimidiū pr̄imoniȷ̄ p3 p Aug. ⁊ allegat iſtã auctoritatē Bonau ē.2°. ſniar. diſt.42. nõ multitudo operū nec diuturnitas tẽporū auget meritū ſ3 ſola charitas ⁊ bona volũtas maiorē ⁊ meliorē nõ dicã rapere.

¶ Ad idē arguo per glo.d.1. Si quis dicit glo. vbi deeſt tps opādi ita remūerat ds pro ſola voluntate ſicut pro ope. Et pꝰ voluntas reputatur p facto i delictis

¶ Ad idem ponatur ꝙ deus precipiat ſorti ꝙ nõ currat vel moueat motu terminaturo ad a. et vltra volo ꝙ ſortes velit moueri motu terminaturo ad. a. ⁊ de facto ſic moueatur q̄ poſito ſ3 iſtã viã ſortes grauꝰ peccat ꝙ̄ peccaret ſi ceteris paribꝰ ſolū vellet motu terminaturo ad. a. moueri: ad que tūc ſeq̄tur ꝙ ſor̄ grauꝰ peccat ⁊ grauꝰ peccauit ⁊ tñ pt eē ꝙ nec grauꝰ peccet nec grauꝰ peccauit, pbatur pña ſic bñ ſeq̄tur ſor̄ nõ mouet motu terminato ad. a. ḡ nõ grauiꝰ peccat nec etiã grauius peccauit. pña eſt bona de facto añs ē poſſibile ergo et conſequens ꝙ añs ſit poſſibile p3 q2 pt eē ꝙ ſor̄ nūꝙ̄ mouebit ad. a. ſed citra quieſcat igitur.

¶ Ad idem arguitur et probo ꝙ actus exterior non aggrauat quia ſi aggrauaret ſequit ꝙ ceteris paribus volens occidere hominem ⁊ occidens grauius peccaret ꝙ̄ ſi ſolum vellet occidere et non occideret. ſed hoc ē falſū ⁊ pbo caſū cõmunem ponẽdo ꝙ ſortes volens ⁊ intendens occidere ſagittet intencione occidendi ⁊ occidat plato conſimiliter ſagittet ⁊ non occidat. hijs poſitis probo multipliciter ꝙ ſortes non grauꝰ peccat pmo ſequitur poſtꝙ̄ aliquis peccauit eſt incertū ⁊ contingens quantum fuit ſuum peccatū. Probo ⁊ arguo p tpe inter occiſionē ⁊ ſagittationē ſi contigat occiſio grauius peccat ſortes, et ſi non contingat occiſio

min⁹ grauiter peccat ſortes. ꝛ pōt eē adhuc indifferēter ꝙ ꝯtingat vł nō contingat ꝫ pōt eē ꝙ ſortes q̄n peccat magis vel min⁹ peccat: ꝛ ſortes ꝓ certo inſtanti fuit p̄ciſe eque mal⁹ ſicut plato. ꝛ pōt eē ꝙ pro illo īſtanti fuit magis vel min⁹ mal⁹ ꝙ̄ plato que videntur impoſſibilia.

¶ Ad idem ponatur ꝙ ſortes ꝛ plato nūc primo ſagittēt ꝛ quero nūq̇d ſortes grauī⁹ peccat ꝙ̄ plato vel non. Si dicaƚ ꝙ ſortes grauius peccat. cōtra ſi ſortes grauius peccat ꝛ ſortes nihil adhuc facit ꝙ non facit plato. ſortes graui⁹ peccaret. ꝓpter occiſionem futurā eo ꝙ occidet et plato non ꝛ cū quālibet latitudinē peccati ſequiƚ latitudo pene. ſequitur ꝙ ſortes nunc meretur penā pro occiſione futura ꝛ tunc prius tēpore foret de⁹ vltor peccati ꝙ̄ peccatum eſſet quod eſt contra veritatem.

¶ Ad idem arguo et probo ꝙ ſortes nō graui⁹ peccat et volo ꝙ ſortes ꝛ plato ſtatim poſt decedant cum ſuis pctīs tūc ſortes ī īferno graui⁹ puniƚ ꝙ̄ plato. Tūc arguitur ſic. Sortes graui⁹ puniƚ ꝛ nō graui⁹ peccauit ꝫ iiuſte aн̄s ē poſſibile q2 eſt vna copulatiua cui⁹ vna pars eſt neceſſaria ꝛ ſcd̄a poſſibilis. ꝛ ꝑ ꝯn̄s eſt poſſibile. Similiƚ ſcd̄ꝫ iſtud ſequitur ꝙ pena alicui⁹ dānati poſſet minui in inferno et augeri quod eſt falſum.

¶ Ad idem probo ꝙ ſortes nō graui⁹ peccat q2 nulla circūſtātia eſt nūc aggrauās pctm̄ ſortis q̄ nō eq̄liter aggrauat pctm̄ platonis q2 occiſio futura nō eſt circūſtantia nūc aggrauās cū nōdū ſit. Si dicaƚ ꝙ pctm̄ ſortis adhuc nō ē graui⁹ ꝙ̄ pctm̄ platonis ſ3 facta occiſione erit graui⁹. Cōtra hoc ſic ꝓbo ſic ſedeƚ ꝙ ſit poſſibile ꝙ aliquid inter nos hic fctm̄ iputeƚ dānato ad culpā. ꝙ hoc ſit poſſibile ꝓbaƚ q2 āte occiſionē moriaƚ ſortes. tūc occiſio que hic ē imputatur alicui dannato q2 ſorti in culpā.

¶ Ad idem ponatur ꝙ ſortes ceſſet peccare ꝛ hr̄e oēꝫ actum tūc ſortes nunc vel prius grauius peccauit ꝙ̄ plato nec vnq̄ p⁹ amplius peccabit ergo ꝛc.

¶ Ad idem ponatur ꝙ ſortes peniteat de pctō ſuo añ occiſionē. Tūc arguo ꝛ q̄ro nūq̇d ſortes grauius peccauit ꝙ̄ plato vel equaliter. Si grauius ꝯtra añ ſuā pniam nō fuit grauius pctm̄ ſortiſ ꝙ̄ pctm̄ platonis vt dicit hec reſpōſio et p3 per rationes ſuperius factas. nec poſt aggrauabitur q2 non erit ſortes in gratia ꝛc. Si equaliƚ graue fuit vnū peccatum cū alio Contra vnus occidit et ali⁹ nō ꝛ cetera ſunt paria. ꝫ ꝛc.

¶ Ad idem ſi act⁹ exterior augeret vel diminueret meritū vel demeritum ſequitur ꝙ eēt poſſibile ꝙ aliquis ali⁹ haberꝫ potentiam augendi meritū vel demeritum. Et eodē mō de grā. Qd̄ hoc ſequaƚ p3. Ponatur ꝙ aliquis dn̄s p̄cipiat ſeruo ſuo occidere aliquē. Tūc ſi ille ſeru⁹ occidat pctm̄ dn̄i ē magis graue. ꝛ ſi non occidat ē min⁹ graue. et eſt in libera poteſtate iſti⁹ ſerui occidere vel nō occidere ergo et pctm̄ dn̄i eſſe mai⁹ vł min⁹ Conſimiliter eſt de gratia q2 ponatur ꝙ domin⁹ tradat ſeruo ſuo elemoſinā dandā pauperi. Tūc ſi ſeruus dat erit mai⁹ meritū dn̄i. Si nō det erit minus ergo ī ptāte ſua erit qd̄ erit meritū dn̄i ſui. Eodēmō poſito ꝙ aliq̄s fūdaret religionē cū ītētiōe ꝓfectōi vtilitatiſ eccl̄e

ſi contingat maior perfectus erit maius meritũ. Si vero minor erit min⁹: et tũc foret in poteſtate alio rum meritum eſſe maius vel min⁹.

Ad idem ſecundũ iſtud. Si deus eternaliter cõſerua ret generationem ſucceſſiuã hoĩ num ſicut nunc eſt. ſequitur ꝙ dia bolus in tentando primũ hominẽ peccaret peccato infinito: quia tũc intendebat dãnationẽ primi hoĩs. et oĩm de genere ſuo. Tunc ex hoc ꝙ cayn foret damnand⁹ aggraua retur peccatũ dyaboli: et ex hoc ꝙ caynm fuit filius: tantum aggra uaretur. ergo per infinitam ſucceſ ſionem infinite aggrauaretur igr.

Ad idẽ arguo et p bo ꝙ actus exterior non aggrauat quia eadem ratione aggrauaret ꝙ titas obiecti. ſed probo ꝙ non. et ſuppono ꝙ ſortes habeat tale velle volo peccare. vel volo malefacere nõ determinãdo ſe ad ſpeciẽ/ gen⁹ vel gradũ peccati. tũc ſeqtur ſecũ dum iſtã rñſionem ꝙ ſortes nõ pec caret aliquo gradu peccati. Pro bo. non venialiter nec mortaliter: quia nõ eſt ratio quare magis ſub vna ſpecie pecc͠ti mortalis ꝙ ſub alia. et eodẽmodo de veniali poſito ꝙ ſub oĩ ſpecie pc͠ti ſit alia ſpecies ĩ infinitum minor. Similiter non eſt ratio quare plus peccat ſub vno peccati gradu ꝙ ſub alio. Ad etiã improbo ſic. volens peccare ſub. a. gradu pc͠ti grauiꝰ peccat ꝙ nolẽs ſiłr peccare et ſub. a. gradu ceteris paribus. quia volẽs peccare ſub. a. gradu vult peccare ſub. b. gradu et grauius peccat ꝙ volens peccare ſub. c. gradu. et ſic in infinitũ. Si militer non foret ratio quare ſor tes volẽs peccare in genere: equa liter peccaret cum platone volẽte peccare ſub. a. gradu et ꝙ cũ cicero ne volente peccare ſub. b. gradu. et ſic in ifinitum. et per cõſequens mi nus peccat ſortes volens peccare ĩ genere ꝙ aliquis volens peccare in ſpecie. Idem argumentum eſt de merito poſito ꝙ ſortes velit facere platoni aliquod bonum non deter minando ſe ad aliquẽ gradũ.

Ad idem arguo et probo ꝙ ꝗtitas obiecti nõ aggra uat peccatum. et ſuppono ꝙ iohã nes habeat. a. peccatum mortale et vnum veniale vel aliud mortale in infinitum minus. a. et velit ſortes platonem eſſe ita malum ꝙ malus eſt iohannes. tunc grauius peccat ſortes ꝙ ſi ſolũ vellet ſibi. a. malũ Contra: peccatum ſortis nõ ẽ ma ius diuiſibiliter nec indiuiſibiliter ergo &c. ꝙ nõ diuiſibiliter vel ꝓpor tionabiliter. ꝓbo et arguo ſic q̃dcũ ꝗ malum maius proportionabłr ꝙ eſt. a. velle platoni: ceteris parib⁹ eẽt ꝓportionabłr maius peccatũ ꝙ eẽt ſolũ velle ſibi. a. et cui⁹ ꝗ nũerĩ ꝓportiõe et nũeri. et ſic in infinitum nec ẽ aliqua mala volitio peior vo litione qua ſortes vult platoni. a. ĩ aliqua proportiõe quin volitio qua ſortes vult platoni. aliq̃d malũ ꝓ portionabiliter peius. a. ſit magis malũ in illa proportiõe. id ẽ malũ in aliq̃ proportiõe magis malũ. a. ẽ pe ius velle platoni ꝙ eſt malũ velle platoni. a. cum iſto veniali. q̃d patꝫ neceſſario: quia illud eſt peius. a. in aliqua proportione et aggregatum ex. a. et veniali non eſt peius in ali qua proportione. ergo &c. Similiť quocunq̃ malo proportionabiliter maiori. a. dato exceſſus illius ẽ ma ius malum ꝙ eſt pc͠tum veniale et per conſequens ipſum eſt peius ꝙ aggregatum ex. a. et certo venia li. Si dicatur ꝙ velle platoni. a. et b. veniale vel mortale: tale eſt pei⁹ ꝙ velle ſibi ſolum. a. non tñ propor

nabiliter vel diuiſibiliter. Contra capio exceſſū vnius illaꝝ volitionū ſupra aliam in malicia ut.c.exceſſꝰ quo peius eſt.ceteris paribꝰ velle platoni.a.b.ꝙ ſolum.b. tunc.c.exceſſus eſt peccati malicia ꝛ nō eiuſdem ſpeciei cuꝫ reſidua parte illiꝰ malicie.quia tunc eſſet ſibi proportionabilis.et ſic ꝑ ꝯñs ſortes ſic volēs habet duas malicias ꝛ duo peccata ſpecie diſtincta:qḋ non eſt verum.Similiter ſecundum iſtam viam foret poſſibile qḋ aliquodꝫ peccatum veniale foret grauius alio ī infinitum. Probo:quia poſito ꝙ ſortes volendo platoni.a.b.maluꝫ non peccat niſi venialiter.Tunc vt ſuperius argutum eſt idem peccatum eſt peius in proportionabiliter ꝙ eſſet ſibi ſolum velle.a. ſit exceſſus iſte. cc.exceſſus erit iproportionalis riſidue parti exceſſus: et in infinitum malus malum.Et vtraꝗ pars eius malicie eſt peccatum veniale.ergo aliquo peccato veniali eſt aliud veniale infinite grauius. Ad idem velit ſortes platoni a.malum per vnum inſtans diei et iohanni per omne iſtans ꝑter vnū Similiter velit ſortes platonē eſſe tam malum ꝙ malus pt eē ſub.a. gradu malicie et velit omnibus ceteris paribus:iohannē eſſe tā malum ꝙpoteſt eſſe ſub aliquo gradu citra.a.tunc in vtroꝗ caſu vnus vult maius malum ꝙ alius.Et tamen non plus peccat cum vnum obiectuꝫ ſuper quo cadit actus nō ſit maius alio diuiſibiliter vel ī aliqua proportione.

¶Ad idem ſuppono ꝙ.a.ſit aliquod factum cum ceteris circunſtantijs cum quibus ſi fieret bene fieret:faciat ſortes tūc.a. cum iſta circunſtantia ꝙ cadat.a. eſſe peccatum ymo grauiſſimū peccatum poſſibile mortale vel veniale.Tunc ſortes peccaret quia facit aliquid quod iudicat eſſe peccatū Similiter facit contra conſcientiam:ergo peccat per apl̄m. Omne quod non eſt ex fide peccatum eſt. ad Romanos.4.Contra:probo ꝙ ſortes non peccat:qꝛ ſi peccaret in caſu iſto peccaret minimo peccato poſſibili.ꝙ pmo ꝓbo: ſit ſortes non pt in aliqua ſpecie peccati cuꝫ paribus circunſtātijs minus ꝙ peccat in caſu iſto. Probo:quia ſi pōt. ſit.b.peccatum commune.Contra ſortes credit.b.eſſe peccatum tantum vel non minus ꝙ.a.et alie circunſtantie ſunt pares.ergo hec credulitas tantum aggrauat peccatū b.ſicut.a.nec eſt alia circunſtantia aggrauās.ergo non grauius eſt.a. ꝙ.b.ſed equalia ſunt peccata. Si dicatur ꝙ eſſet veruꝫ:ſcilicet ꝙ ſortes non poteſt cum paribus circunſtantijs in aliqua ſpecie mundi peccati minus peccare ꝙpeccat.a.peccato.Contra ex iſto ſequitur ꝙ.a. peccatum ſit minima ſpecies peccati poſſibilis Probo etiam hoc de. peccatis creduliter vel ſcienter factis:quia remittatur continue et ſucceſſiue credulitas et actus volūtatis:et ſic de alijs circunſtantijs ꝗ remitti poſſunt et remittantur ad non gradum:tunc ante finem hore a.erit maius peccatum ſicut ē aliquod poſſibile. Probo: quia ſi non ſit.b.minus.Contra.b.ſit aliqua intenſiōe et aliquo gradu credulitatis:et ſic de alijs circunſtantijs: et ſic ante finem hore.a.erit tunc remiſſius.ergo et minus peccatum: quia.a.ꝑ poſitum ſi eſſet minꝰ peccatum quod fieri poteſt:cum paribus circunſtantijs.et per cōſequēs nullum peccatum quod ſit cū eqlī gradu actus volūtatis et cū equali actu credulitatis et equalibus bus alijs circunſtantijs eſt minus peccatuꝫ ꝙ.a.Ex arguo vltra nul-

lum peccatum eſt poſſibile minus q̄.a.erit ante finem hore. ergo ſpecies in qua.a.eſt minimum poſſibile cum non poteſt eſſe minus peccatum q̄ in iſta ſpecie.

¶Ad idem arguo et pro q actus exterior nō aggrauat peccatum: quia ſi aggrauaret tūc ceteris paribus vt dictum eſt pri⁹ grauius peccatum eſt velle facere q̄ ceteris paribus tantum velle. Cōtra. pono q velle vulnerare platonem cum certis circunſtantijs ſit peccatum ſub.a. gradu veniali et de facto vulnerare ſit ſub.b.gradu. pcipiat tūc deus ſorti hodie nō facere peccatum q deducto iſto precepto ceteris paribus eſſet ſub.a.b.gradu quo precepto dato velit ſortes cum illis circūſtantijs vulnerare platonē et ſagittet ad eum et volo q vulnerauerit eū: tūc moriatur ſortes in eodē tempore. Et quero nunquid ſortes peccauit mortaliter vel non: q non p3: quia nunq̄ quando ſortes fuit peccauit niſi ſub.a.gradu veniali: et hoc nō fuit contra pceptū. ergo ⁊c. Similiter non peccauit mortaliter niſi eſſet/quia contra pceptum fecit peccatum ſub.a.gradu. Et poteſt eſſe q vulneratio ad extra non contingat. ergo poteſt eſſe q nunq̄ peccauit niſi venialiter ſub.a.gradu: et hoc non eſſet contra preceptum Iterum ſi dicatur q non peccauit mortaliter. contra impleta vulneratione verū erat q peccauit mortaliter quero etiā vbi expectabat euentum rei in celo vel in inferno et poſſunt fieri mula argumenta q̄ ex alia parte facta ſunt.

¶Nunc arguo ad ptem contrariam et probo q actus exteriores aggrauāt peccata. Et arguo per gloſam de pnīa.d.c.i.capl. ſi quis. vbi textus eſt ad oppoſitū dicit glo. re vera magis reus eſt ſi opus exhibeatur: ſed hoc quo ad ſufficientiam eterni interius accipere. et addit glo. non minus.i. nichilomin⁹ eſt reus q̄uis ad effectū nō pueniat q̄m quin pl⁹ peccet vt dixi ſi opus exequatur. ⁊ ad hoc facit gloſa rationi: quia actus exteriorē phibitus. Confirmatur per glo. 22.q.5. c°. q̄ videret. dicit glo. Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eā: in corde ſuo iam mechatus eſt. et dicit glo. Nunquid ī ponemus illi tantam penitentiā ac ſi factum interueniſſet. reſpondet non tam grauem.

¶Ad idem videtur eſſe error petri abelardi.15.in ordine prout ponitur inter epiſtolas bernardi. dicit ſic petrus. Nos vero dicimus q ſola voluntas eternaliter a deo remuneratur ſiue ad bonum ſiue ad malū: nec propter opera peior aut melior efficitur homo niſi dū operatur fortaſſis voluntas ei⁹ cuius in aliquo augmentatur.

¶Ad idem homo tenetur confiteri actus exteriores ⁊ non ſolum interiores q non eſſet niſi tales eſſent peccata: ⁊ per ipſa peccata aggrauarentur.

¶Ad idem ſequitur eque bonum et eque meritorium foret velle baptizari vel confirmari: ſicut baptizari et confirmari. quod eſt contra determinationem eccleſie: et contra gloſam de penetentia diſtinctione prima et poſt capitulo. q̄penitet.

¶ Ad idem ſecundū
iſtud eque meritorium foret velle
mortificari pro xp̄o ſicut velle mar
tirizari.conſequēs eſt falſum:quia
opere extrinſeco cū voluntate de-
betur aureola et pro omni ſola vo
luntate igitur.

¶ Ad idē ſecūdū iſtā
ſequitur ꝙ poſito ꝙ ſortes et plato
vellent adulterari cū.b.et vterqꝫ fa
ceret quod in eo foret/et ſortes fa
ceret/et plato non.ſequitur ꝙ ſor-
tes non grauius peccaret ꝙ̄ pla-
to.cōſequens eſt falſum: quia ſor-
tes adulteratur facto ⁊ voluntate
et plato non:ſed tantū vnomō: ſcꝫ
in voluntate.ergo ſortes grauius
peccat ꝙ fit iſto modo duplex adul
terium.ptꝫ in glo.ad Romanos.1.
plenos homicidijs.dicit glo.plura
liter dr̄ ꝙ ſunt homicidia actus et
voluntatis.

¶ Ad idem.velit ſor-
tes peccare ſub.a.gradu:ſit.a.gra-
dus valde intēſus et faciat ſortes
quantum poteſt nec peccet ſub.a.
gradu.Tunc ſecundum iſtā rñſio-
nem ſortes peccaret ſub.a.gradu.
Probo:quia ſi ſortes vellet occide
re platonem et faceret quantū poſ
ſet ad occidendum eū ſortes foret
ita reus ſicut et ſi occideret plato-
nem.ergo eadem ratione ſequitur
nolens peccare ſub.a.gradu faciēs
quantū in eo eſt:eſt ita reus ſicut ſi
peccaret ſub.a.gradu.

¶ Ad idem arguo ſic
actus per accidens non a propoſi-
to ſequens actum voluntatis ag-
grauat peccatuꝫ.ergo a multo for
tiori actus a propoſito ⁊ directe ſe-
quens aggrauat peccatum.Aſſum
ptum patet quia ſi aliquis ſagitta
ret in loco illicito et a caſu hominē
interficeret ſicut lamet occidit ca-
ym occidit.vt habetur geñ.25.vtſ
ꝙ fieret homicida:et grauius pec-
caret ꝙ̄ ſi non occideret.Et pōt ar
gumentum fieri de tribus vl duo-
bus ſagittantibus in loco illicito:
quorum vnus interficit et alius nō
ſint omnia cetera paria.et poſſunt
fieri multa talia argumenta q̄ fa-
cta fuerunt ex alia parte articuli.

¶ Ad idem de facto
interficiens hominem et volēs in
terficere plus nocet proximo ⁊ eq̄li
ter deum contepnit in voluntate.
et cetera ſunt paria.ergo grauius
peccat ꝙ̄ alius et maius malum
facit.

¶ Ad idem ſecundū
iſtam opinionem ſequitur ꝙ ſi ſor-
tes et plato intēdāt equaliter adul
terari et faciant equaliter quantū
in eis eſt et ſortes cognoſcat ſuam
credens eam cōiugatam alterius ⁊
plato ſolutam credēs eſſe cōiuga-
tam alteri.ſequitur ꝙ ſortes non
grauius peccaret ꝙ̄ plato.ſicut te-
net dñs Altiſiodoren.2.diſtin.quia
quo ad actus voluntatis ſūt equa
les.ſed conſequens eſt falſuꝫ.quia
plato cōmittit adulteriuꝫ in facto
et iniuriatus eſt proximo ſuo:ſor-
tes non.ergo ⁊c.

¶ Eodemmodo poſi
to ꝙ ſortes et plato vellent for-
nicari et nullo modo adulterari ⁊
et equaliter faciant ad hoc diligen
tiam ſuam cognoſcat ſortes de fa-
cto coniugatam et plato ſolutam
ſint cetera omia paria.tunc ſortes
grauius peccat et tamen actus vo
luntatis in omnibus ſunt ſimiles.

¶ Ad idem ſic.ſi ſor-
tes inebriaret ſe multum ſic ꝙ red
deret ſe furioſum ⁊ ſic infatuatus

ↄmitteret homicidia multa ⁊ alia peccata ſi poſt ebrietatẽ vel furiam cõmitteret pctã talia illa forẽt ſibi imputanda in culpã vt pꝫ in caſu di. 6. Et per anſm.i. Cur deus hõ ca. xxxiiij. et de conceptu virginis. ca. xxiiij. ⁊ per hugonẽ. de ſacramẽtis parte. 7. ca. 23. Et per phm̃. 3. ethi. ca. 9. qui dicit ꝙ ebrijs debent du-plices increpationes et tota ratio eſt qꝛ tale commiſſum in ebrietate eſt quodammodo volũtariũ ⁊ ex cõ ſimili ratione talis actus exterior fit voluntarius quia principiũ eſt voluntarium ⁊ ↄ̃ſis actus exterior imputatur ad culpam.

¶ Ad idem arguo de aliquo predicante populo errorem contra fidẽ eccleſie ſi populus ſibi credat et ducatur in errorem grauius ceteris paribꝰ peccat ꝙ̃ ſi nullus crederet: et ſi pl̃es credũt magiſ peccat et maius eſt peccatum predicãtiſ vt allegat dñs altiſſidorẽ. ab augᵒ. de arrio ſermone. 2ᵒ. et ignorat pena arrij qꝛ ignorat quot ꝑ eiꝰ doctrinã peruerſi fuerunt.

¶ Ad idẽ arguo per magiſtrum ſcd̃o ſñiaꝝ di. 35. ca. 3ᵒ. vbi dicit ſic ſane dici pt ⁊ libere tradi pt pctm̃ eẽ actũ malũ exteriorẽ ⁊ interiorem et per ↄ̃ſis aggregatuꝫ ſimul maius peccatum eſt ꝙ̃ ſolꝰ actus interior. Similiter vt habetur in multis locis tribus modis committitur oẽ pctm̃ ⁊ di. 4. dicit mgr ꝙ actus exterior ⁊ interior ſũt vnũ et idem peccatum.

¶ Ad ideꝫ arguo per iſtã legẽ exodi. 12. Si rixati fuerint viri ⁊ ꝑcuſſerit alr ꝓximũ ſuũ lapide vel pugno et iſte mortuus nõ fuerit ſed iacuerit in lecto ſi ſurrexerit et ambulauerit ſuper baculum ſuum innocens erit is q̃ percuſſit ita ꝙ operas eius ⁊ impenſas ĩ medicos reddat. Et poſt qui percuſſerit ſeruum ſuum ⁊ ancillam virga ⁊ mortui fuerint reus erit. Si autẽ vno die ſuꝑuixerit duobꝰ ſubiacebit. Similiter preceptum eſt ĩ lege ſi quis percuſſerit mulierẽ pregnãtem ita ꝙ abortiuũ fecerit ſi puer ꝑemptus exierit reddet ei animaꝫ pro aĩa. ſi exeat informe puniat pecunia tantum.

¶ Ad iſtũ articulum Reſpondeo ꝙ ſimpliciter verum eſt ꝙ actus exteriores aggrauant pctm̃ ⁊ augẽt meritũ et demerituꝫ ⁊ rõ eſt qꝛ tales actꝰ exteriores ſũt obiecta interiorum ⁊ ſm ꝙ illa ſũt magiſ mala vl minus ſm illud ſunt actꝰ ĩteriores peiores vel meliores Sed ſi queratur magis ad difficultatem materie vtrum euentus ſequens aut concomitans actũ volũtatis omnibus alijs paribus videlicet quo ad intenſionem actꝰ ⁊ negligentiã et ſic de alijs reſiduis circũſtantijs aggrauat pctm̃ teneo ꝙ non. Et ratio eſt. Qꝛ ſi ſortes ⁊ plato equaliter velint occidere petrũ et faciat vterqꝫ quãtũ in eo eſt ⁊ ſortes occidat petrum et plato nõ tũc vtriuſqꝫ obiectum eſt eque maluꝫ qꝛ occiſio petri quã vterqꝫ ⁊ intẽdit oĩa alia ſunt paria Similiter ponatur ꝙ plato ꝑcutiat ſtatuaꝫ credẽs percutere petrũ ceteris paribꝰ tãtum peccat plato ſicut ſi percuteret petrum. Probo quia plato non intendit percutere ſtatuam ſed ſoluꝫ petrum nec percuſſio ſtatue eſt obiectum voluntatis platonis niſi ꝑ accidens ſed ſola percuſſio petri ẽ obiectum voluntatis vel volitionis platonis que percuſſio tantum aggrauat nunc ſicut et ſi percuteret petrum quia ita mala foret et omnia alia ſunt reſidua eadem preter iſta que concernunt obiectum

ergo &c. Iſtam partem tenet domi nus artiſſiodoreñ. 2. ſnſarum. q. 9. ⁊ queſtione ſecunda

Ad argumenta in contrarium r̃ndeo. Ad p̄mū de glo. de penitentia di. i. dico q magis ē adherendū tertui q̄ gloſe tñ pro re uerentia gloſe dico q gloſa loquit̄ de facto q non ita re⁹ ſit homo ſo la voluntate ſicut ſit voluntate cū facto et ratio eſt q: vt dicit hugo d̄ ſacra parte. 14. tale ē cor hominis vt opere ſuo magis ſardeſcat ſiue ad bonitatem amandam ſi rct tñ ē ſiue ad maliciam ſi peccatū vix pōt fieri vt voluntas opere ſuo nō au geatur.

Ad ſecūdā rationē de errore petri abelardi dico q ſi cut verba ſua ſonant non multum errauit q: quaſi eadē verba ponit q̄ pōit hugo de ſacram. parte. ix. c. 6. qualiter tamen intellexit ignoro. Pōt tñ ſic dici q. p. voluit q ſemp videtur intenſa eq̄ voluntas et eq̄ lis malicia ⁊ ſic de aliis circūſtātiis puta itricec̄ ſēp ē equale pctm̄ vt ſi ſortes vellet ex equali charitate ⁊ ex equali feruore dare vnū dena riū ſicut plato duos tm̄ mer& pls to' ſicut plato qd nō dico ego q: bo nitas obiecti auget et minuit debi tum meritum ſm̄ ſolā intentionē.

Ad tertiam conce do q homo tenetur confiteri circū ſtantias ⁊ actus exteriores in q̄tum ſunt circūſtantie ſed in caſu q̄ quis ſagittaret in illicito loco et a caſu occideret vel faceret aliud malum non tenetur dicere euentum ſequē tem plus q̄ alius qui equaliter ſa gittaret et non committeret malū expediens et ſecurius eſſet illd di cere confeſſori et credo q talis ha berat dolere de tali euentu eo q tā tum malū fecit proximo.

Ad quartum ⁊ q̄n tum de baptiſmo et confeſſione et virginitate et ſimilibus bene cre do q ceteris paribus eque merito ria foret volūtas ſine actu ſicut cū actu ſuppoſita equali difficultate ⁊ ſic de aliis circūſtantiis ſed nō eq̄ bonum quia in martirio dimittitur pena et culpa vt patet extra de ce lebratione miſſ. vbi dicitur q ī ba ptiſmo martirio confeſſione cōfer tur maior gratia virtute rei opate Et ſimiliter aureola datur magis pro actu exteriori q̄ interiori ⁊ ſūt talia opera magis bona q̄ ſūt me ritoria.

Ad ſextum reſpon deo q de facto et ſecundum comu nem curſum ſortes grauius pecca ret quia vt dixi vix fieri poteſt vt vo luntas opere ſuo non augeatur et maxime in peccato carnis et ſecun dum communem curſum ita eſt q q voluntas precedens non omni no plene vult ſed in opere eſt plene conſneſus hinc eſt communis pau peres preſumunt de ſeipſis q ſi di uites eſſent multa darent pauperi bus et copioſe expenderent. Et ſb diti q ſi eſſent prelati optime tace rent ſed cum gradum fuerint ade pti aliis ſunt ſimiles vel peiores. Sed poſito q omnes circunſtantie manerent pares excepta ratiōe ac tus interioris in eſſe dico q equali ter peccarent. Et ad argumentum vltra qñ ar ſor ꝯmittit adulterium volūtate ⁊ fctō plato ſolū volūtate ḡ ſor grauī⁹ peccat nego conſequē tiam. Et ratio eſt quia adulterium in facto ſuo non ſuperaddit malici am in voluntate quia ſunt vnum ⁊ idem peccatum ſicut magiſter ſecū do ſententiarum di. lxii. dicit volū tas eſt principaliter peccatum. Ac

tus vero exterior non niſi quia ſeq̃
la peccati.

¶ Ad ſeptimuȝ argu
mentum dico ꝙ ſi fortes vellet pec
care ſub a gradu et faceret quantũ
in eo ẽ vt peccaret ſub.a.gradu nõ
ſequitur ꝙ peccaret ſub.a. gradu
ſed dico ꝙ eſt ita reus et tantũ pec
cat ſicut peccaret peccans cuȝ iſtis
circunſtantijs ſub.a. gradu ſed eſt
impoſſibile ipſum tantuȝ peccare
ſub a gradu et cum iſtis circunſtan
tijs quia neceſſario requirunt plu
res et magis aggrauantes circun
cunſtãtie.

¶ Ad octauuȝ argu-
mentum dico ꝙ ſi fortes ſagittarȝ
in loco illicito puta in villa iſta vel
alibi vbi eſt concurſus hominum
et plato conſimiliter ſagittaret et
a caſu contigit forteȝ occidere vnũ
hoĩeȝ et platonẽ nõ:oĩb⁹ alijs pĩb⁹
dico. ꝙ equaliter peccarẽt nõ ei for
tes plus peccaret occidens q̃ nõ oc
cidens.ſed principalis circunſtãtia
aggrauans in vtroq; eſt negligen-
tia que vtrobiq; equalis eſt. Con-
tra obijcitur videtur ſequi ꝙ quili
bet ſagittans vel iacens lapidem
in incertuȝ in villa iſta peccarȝ mor
taliter quia ſi contingeret eum ſic
de culpa ſua occidere hominem vł
porcum vel aliomodo grauiter no
cere proximo tunc peccaret morta
liter et tantũ peccat nunc ſicut tũc
igĩ.,ꝛc. Reſpõſio ꝙ ſi peccaret mor-
taliter homicidio ſequenti peccat
mortaliter et ſi non contingat ho-
micidium nunq̃ tantum:ſemper ĩ
primo caſu peccaret mortaliter nõ
dico. Sed adhuc obijcitur talis ꝓ-
ijciens ſagittam vel lapidem tene
tur ad maiorem ſatiſfactioneȝ igi
tur grauius peccat.nego ↄ̃ñiaȝ qꝛ
aliquando homo tenetur ad ſatiſ-
factionem exteriorẽ ſine culpa ſua

¶ Ad nonũ argumẽ
tum nemo conſequentiam plus no
cet ꝛc.igitur magis peccat forte ta
men eſt aliquo modo magis maluȝ
vnde equale peccatuȝ et magis no
cet meliori q̃ minus bono.

¶ Ad decimuȝ argu-
mentum dico ſiue populus credat
ſiue non ſiue plẽs ſiue pauciores di
co ꝙ non minus peccat. Et eodem
modo dico de bono p̃dicatore ſi ta-
men popul⁹ credat ſibi in malo au
gebitur pena ſua et actualis dolor
ex hoc ꝙ videbit tot perire et ire ĩ
viam perditionis per ſuum errorẽ
et econtrario modo de bono qꝛ au-
gebitur gaudium ſuum accidenta
le ſed ſecundum iſtud ſequit̃ ꝙ eq̃-
liter peccantes inequaliter punirẽ
tur in inferno et equaliter meren-
tes inequaliter p̃miarentur ĩ celo
quod concedo de pena ⁊ premio ac
cidentali.

¶ Ad vndecimuȝ pa
tet per iam dicta.

¶ Ad duodecimum
dico ꝙ ſepius in antiqua lege et ẽt
noua maior pena fuit iñflicta vbi nõ
fuit maior culpa

¶ Et qꝛ prius in quo
dam argumento tetigi. Utrum q̃
titas obiecti augeat meritũ vł dẽme
ritũ iõ iſtõ hic aliq̃lr tractare intẽ-
do. Et primo arguo ꝙ non et pre-
ter argumenta prius facio facio

argumentum ſic ſuppono ꝙ ſortes
ſumat de bonis platonis vnū gra
num tūc cum aliquibꝰ circūſtātijs
non eſt pctm̄ mortale ſumat tūc cū
equalibus circūſtantijs duo grana
vel tria et ſic in infinitum. Et que-
ro nunquid furtū erit aliqñ pctm̄
mortale. Si dicat ꝙ ſic ꝯ qꝛ capio i-
ſtās in q̄ iceperit eē mortale. Et q̄-
ro an i illo īſtāti ſit mortale ſi tūc ſit
mortale videtur ꝙ ſit minimū mor
tale quia quātūcūꝙ modicū remit
teretur malicia iſtius ſtatim non ſi
eret mortale. ſequit ꝙ aliqd pctm̄.
Similiter mortale aliq̄ veniali non
eſt niſi tantū finite grauius quod
pꝫ cōtinue ante hoc inſtans fuit il-
lud furtum veniale ꝛ nunc nō eſt in
Ad oppoſitum iſtius articuli probo principaliter ⁊ arguo ꝙ deus non vult creaturā peccare nec peccatuꝫ eſſe. patet per magiſtrum ſententiaꝝ. i. libro diſtin. 36. ca. 2ᵒ. vbi dicit magiſter. Sꝫ q̄s niſi inſanus mala dixerit in deo: et addit illa eſſe in deo intelliguntur ex qua ex ipſo ⁊ per ipſum ⁊ ea per ipſum ſunt quorum auctor ipſe eſt ſed no eſt auctor niſi bonorū. ⁊ poſt dicit magiſter et eſt caſſiodorus ſuper primū. 18. et. 74. bona cognoſcit deꝰ ꝑ approbationē ⁊ beneplacitū. mala vero ſolū per ſimplicē notitiam. Et idem habetur poſt eadeꝫ diſtin. ca. 5. ꝑ totam diſtinctionem. Idē pꝫ diſ. 46. per totū vbi oſtēdit magiſter ꝙ deus nō eſt auctor nec cauſa pctī nec fit pctm̄ eo volente nec non volente ⁊ hoc oſtendit per multa. Similiter Iohā. pmo ſcribitur oīa per ipſū facta ſunt ⁊ ſine ipſo factū eſt nichil. i. peccatū. Patet idē ꝑ Auguſtinū de natura boni capitulo. 28. dicit peccata noſtra non ſunt a deo ſed ex voluntate. Similiter de natura ⁊ gratia ca. 26. Non optat deus pctā vt habeat quibꝰ miſereatur ſicut ad ſanādū vulneratū preſto eſſe dꝫ nec ꝓpter hoc optare vt vulnerentur. Silr auguſtinus 83. q̄. q̄. 3. ꝓbat ꝙ deꝰ nō eſt auctor mali quia nullo ſapiente fit hō deterior ⁊c. Patet idem per hugonē de ſacramentis parte. 2. ca. 19. dicit ꝙ deus non facit mala ſed permittit. ⁊ ca. 28. deus malum non facit: ſed quod factum eſt inordinatū eē non permittit. Similiter parte. 5. ca. 38. malis deus poteſtateꝫ tribuit ſolum non voluntatē q: lꝫ ex eiꝰ permiſſione fit ꝙ malum pñt ex inſpiratione eius. tamen non ē ꝙ malum volunt: malarum volūtatum ordinator eſt deus. ſed non creator. Similiter pluries dicit hugo de ſacramentis ꝙ deus non vult maluꝫ nec vult facere aliquē malum. Et Auguſtinus ſeptimo ſuper geneſim capitulo. 15. malicie vel nequicie deus auctor non eſt. Et idem patet in gloſa ad Romanos capitulo primo. et in libro de predeſtinatione ſanctorum contra pelagianos qui ſic incipit addere. Similiter hec pars

que quaſi apō doctores reputāť ar
ticul⁹ fidei. ymo dicunt doctores ꝙ
eorū que fiunt quorūdā deus eſt to
ta cauſa vt ſunt illa que creanť: q̄
dā ſunt quorū creatura eſt tota cā
vt ſunt defect⁹ et pctā: quedā ſunt
quorū deus ꝛ creatura ſunt ſimľ cā
vt ſūt opera naturalia ꝛ opera mo
ralia. In quibus deus cooperatur
creature de hoc etiam tractat ma-
giſter et oſtendit ꝙ peccatum non
eſt a deo ſed lōge eſt a volūtate dei
et allegat multa pro eo.

¶ Ad iſtum articulū
reſpondeo ꝛ primo ponam quid ſit
peccatum et peccare. Peccatum ē
duplex actuale ꝛ habituale: actua-
le voco illud quod cōſiſtit in omiſſi
one vel cōmiſſione. Peccatū habi
tuale eſt priuatio iuſticie ablate et
priuate per ipſum: peccatum actu
ale ſeu peccare. Et iſtud peccatum
non eſt per ſe peccatum ſed ſolum
quia ſequela ipſi⁹ peccare natura-
liter precedentis. Et quid eſt pecca
re: eſt libere facere vel omittere cō
tra volūtatem et legem dei de hoc
alias magis tractabo.

¶ Ad articulum pri-
cipalem nichil aſſerendo ſed tātū
gratia exercitij diſputando dico ꝙ
deus vult peccatum fieri et eſſe et
hominem peccare mortaliter et ve
nialiter nec eſt poſſibile ꝙ aliquod
ſit poſitiuum reſpectu cuius nō ſit
actus voluntatis diuine ſicut nec
eſt poſſibile ꝙ ſit aliquod poſitiuū
vel priuatiuum reſpectu cuius nō
eſt intellectio intellectus dei quia
ſi voluntas creata poteſt facere a-
liquod poſitiuum vel priuatum re
ſpectu cuius non ſit actus volūta-
tis diuine non video quare non po
teſt ſic eſſe de actu intellectus ymo

credo ſimpliciter eē impoſſibile ꝙ
voluntas diuina ſit rēſpectu aliiu
ius poſitiui vel priuatiui pura po-
ſitiua et non actus. Similiter quā
do homo peccat deus vult ipſum
facere actum illum vt actus eſt nō
vt peccatum. Conſimiliter eſt ve-
rum de homie quia homo nō vult
facere actum illum vt peccatum
vt dicit dioniſius de diuinis nomi
nibus ca. 4. nullus ad malum aſpi
ciens omnino operatur. Simi-
liter vult deus de omni damnato
ipſum eſſe malum et per cōſequēs
deus vult aliquem eſſe malum et
et quia articulus eſt ſpecialiter de
voluntate beneplaciti ideo probo
ꝙ ſicut in deo duplex eſt voluntas
vna cum beneplacito et approbati
one alia ſine bn̄placito ꝛ approbatō
one vt pȝ in p̄o ſnīarum. di. 38. c. 6.
Eodemmodo probo de velle nam
aliqua eſt volitio diuina cum bene
placito et approbatione ꝛ ſicut no-
ticia cum beneplacito eſt cauſa re-
rum. Sed velle ſimplex non eſt cau
ſa rerum niſi cauſa ſine qua nō ita
ſiť r de velle diuino ſicut dicit magi
ſter p̄o ſnīarū. di. 38. c. 6. eſſe de no-
ticia. Et quidam voluerunt dicere
ꝙ peccatum eſſe approbatur a deo
et beneplacet deo ꝛ non peccatum
et ſic ponunt ꝙ deus vult peccatū
eſſe ſed deus non vult peccatū vt
hētur primo ſententiarum. diſtin.
16. capitulo. 16. Sed magis credo
ꝙ loquendo de voluntate benepla
citi et approbationis deus nō vult
peccatum nec vult peccatum eſſe.
ſed loquendo de volitione que eſt
ſimplex velle ſiue beneplacito. Et
ad probationem probabile eſt ꝙ de
us vult hominem peccare et pecca
tum eſſe. illud velle ſimpliciter ſi-
ne beneplacito et ab approbatione
vocatur a doctoribus permiſſio et
aliquando operatio: quia nunꝙ̄ p-

mittit aliquid fieri niſi velle bene placiti et approbationis vel ſimplici velle voluerit illud fieri ieſſe.

¶ Ad argumenta facta vltra dico ad primum de auctoritatibus magiſtri primo ſententiarum di. 36. et ſicut videtur ex verbis magiſtri ibidem omnia debent intelligi de velle cum beneplacito et approbatione nō de ſimplici velle ad ea que allegantur di. 18. peccatum non fit deo volente nec deo nolente / dico ꝙ peccatum non fit deo volente voluntate beneplaciti et approbationis nec ipſo ſic volente quia non placet deo ſic peccatum eē nec placet non eſſe ſed ſolum bona ſibi placent. Ad aliud vltra dico ꝙ deus nō eſt auctor peccati: nec ſequitur peccatum fit deo volente ergo deo auctore. Contra idem eſt deo volēte et deo auctore verum eſt deo volente voluntate beneplaciti et approbationis ſꝫ non ſic deo volente voluntate ſimplici. Conſimiliter reſpondeo ad omēs auctoritates reſiduas. Adhuc obijcitur deus vult voluntate beneplaciti et approbationis hominem facere actum peccati vt actum homicidij et ire: et conſimiliter quando homo peccat committendo quia ſi homo poſſet facere talem actum ſine hoc ꝙ deus vellet ipſum facere talem actū. cōſimiliter poteſt eſſe de actu exteriori ſicut de curſu et conſimiliter et etiam de actu bono per illud iohānis primo. Omnia per ipſum facta ſunt et ſine ipſo factum eſt nichil Aug. omelia prima ſuper iohannē Vniuerſa creatura per ipſum facta eſt et. 6. ſuper geneſis ad litterā. ca. 22. Quicquid in natura eſt prius in voluntate fuit. Similiter poteſt illud confirmari per auctoritates Augu. de gratia et li. ar. ſuperius allegatas vbi oſtenditur quomodo deus inclinat voluntates hominum in peccatū: et per conſequēs placet deo ꝙ voluntates hominum in peccatū inclinentur et ꝙ faciant actus pcti. Ad aliud reſpondeo et dico ꝙ deus voluntate beneplaciti nō vult hominem ſic facere actum peccati nec illā occiſionem vel percuſſionem et ſic de ſimilibus ſicut dicit magiſter ſententiarū. 1°. di. vltia. c°. 23. et dicit ꝙ nō volebat actionem iudeorum que mala erat ſed volebat paſſionem que bona erat. Iſtō pꝫ ſic deus punit hominem qui facit ſic actum ergo hominem ſic facere actum eſt a deo reprehenſibile et reprobabile ergo non eſt placitū nec approbatum et per ꝯſis non eſt volitum a deo voluntate bñplaciti et approbationis. Ad obiecta reſpōdeo ꝯſimiliter (arguitur ſic talis actus voluntatis eſt vna res bona ergo eſt a deo voluntate bñplaciti et approbationis et eodēmō de curſu motus talis eſt vna bona res ergo volitum a deo voluntate beneplaciti. Ad iſtud reſpondeo ꝙ loquendo de actu vt natura eſt vel alia res bona ſic placet deo et deus vult illā eſſe voluntate beneplaciti nō tñ ſequitur ꝙ deus voluntate bñplaciti vult hominem facere iſtum actum Et vltra quando queritur vtrū poſſibile ſit ꝙ aliquis currat et moueat ſe ſine hoc ꝙ deus vult illum currere et mouere ſe. Reſpondeo diſputando tantum et dico ꝙ ē poſſibile ſimpliciter ꝙ aliqs currat et moueat manum et conſimilia faciat que ſunt principaliter et quaſi totaliter a libero arbitrio et entia moralia non naturalia ſine hoc ꝙ deus vult volūtate beneplaciti ipſum ſic currere vel moueri. Iſte tamen actus vt natura vel res alia

ſecundum circunſtantiam actus ꝛ a deo ſed non vt eſt a libera poteſtate nec vt eſt res moralis.

¶ Sed ꝯtra hoc obiicitur. Si voluntas poſſet ꝓducere actum. ſine hoc ꝙ deus vellet ipm producere eadē ratione poſſet res naturalis producere effectum naturalem puta lapis moueri i aere ſine hoc ꝙ deus volūtate beneplaciti vellet lapidem ſic moueri. Reſpondeo ꝛ dico ꝙ non eſt ſimilis ratio eſt qꝛ illa que fiunt a libera ptāte voluntatis fieri poſſunt ꝛ ſi non ordinatur a ratiōe ſm rectum finē ꝛ debitū qꝛ in libera poteſtate voluntatis eſt illa ordinare in debitū finē vel iſta declinare a recto fine i ordine iſto quo non ordinantur ad rectum finem non placet deo quia placere deo eſt rectus ꝛ debitus finis. Sed illa que a deo et a natura fiunt non poſſunt non placere deo et ideo non ſunt niſi recte. Et ideo repugnat ꝙ aliquid tale ſit vel fiat niſi deo volente volūtate beneplaciti ꝗuis eius contrarium ſit verū de actu voluntatis. Et ad auctoritates euuangelij et Auguſtini. cōcedo ꝙ deꝰ mittit in cordibꝰ hominum et operatur cogitatiōes operationes et alia conſimilia ad iclinādum ꝛ inſtigandum iſtos ad peccādum et ſic facit deus de multis aut per ſe aut per aliquos alios ſꝫ iſtō non eſt peccatum ymo non obſtante hoc in libera poteſtate voluntatis eſt vitare pctm̄ vel nō vitare.

¶ Sed adhuc obiicitur contra me qꝛ dixi ꝙ deus volūtate beneplaciti non vult pctm̄ eſſe ſicut eſt ſententia magiſtri. Cōtra ſicut prius allegatum eſt ꝑ hugonem de ſacramentis pte. 4. c. 5. bonum fuit bona eſſe et mala eſſe et voluit deus mala eſſe. Item ꝫ dicere ꝙ deus vult malū eē ſm illud ꝙ nullum eſt ſꝫ ſm ſubſtantiam actus qꝛ ſic vult malum. ¶ Reſpondeo ꝙ pro tanto dicūt doctores deus non vult malum quia in malo nihil eſt bonuꝫ ſm illud ꝙ malum placet deo tamen ex hoc ꝙ malum eſt in bonis augetur bonū et decor vniuerſi vt videt eſſe ſnia Auguſtini. Enchi. c. 707. et ꝑ hugo ſē. di. 12. multipliciter tn̄ magiſter ſnia ꝛ. nō admittit iſtū modū loquēdi. Sꝫ nunqd pctm̄ eſſe ſit vtile aliis alterius eſt negociū.

¶ Ad aliā difficultatem tactam in iſto articulo vtrum qlibet teneatur ſe cōformare volūtati diuine bn̄placiti dico ꝙ ſic quātum in eo eſt. Sed nunquid teneor velle quicquid ſcio deum velle vo- luntate beneplaciti dico ꝙ nō. verbi gratia. pono ꝙ ſciam deum velle. a. eſſe et precipiat mihi nolle. a. eſſe habeo nolle. a. eſſe in caſu.

¶ Cōtra. a. eſſe eſt iuſtum et rationale ꝛ oppoſitū irrationale ꝛ iniuſtū ergo nō licꝫ ſciēter velle oppoſitū. Reſpondeo dico ꝙ aliquis pōt licite ꝛ rationabiliter ꝛ meritorie velle quod ſcit eſſe iniuſtum et irrationabili et ſortes i caſu poteſt licite velle peccare vt verbi gratia ponatur ꝙ deus precipiat alicui velle peccare volitio talis caderet ſuper obiecto iniuſto ꝛ malo tamen bene vellet et meritorie ſicut econtra eſt de bono precipiat deus alicui ꝙ non velit benefacere et talis tunc volendo benefacere peccat. ¶ Similiter poſito ꝙ ſorꝫ mihi reuelatum ꝙ ſortes finaliter damnabitur tunc ſcio ꝙ voluntas dei beneplaciti eſt ꝙ ſortes ſit reprobatus et ꝙ liceret mihi ſoci-

um ſaluare et orare pro eo et ratio
eſt quia preceptum habeo confor-
mare me niſi conſtaret de cõtrario
ſemper tamen quando nulla volũ
tas eſt in contrarium habeo cõfor
mare meam voluntatem volunta
ti diuine in volito ꝛ ſemper habeo
velle quicquid ſcio deum velle.

¶ Et ad argumẽta

Quando arguitur ꝙ non licet pe-
nitere de peccato dico ꝙ non ſeq-
tur quia deus non voluit me illud
feciſſe vt ſuperius dictum eſt.

¶ Ad aliud concedo

concluſiones ꝙ nullus licite poteſt
cum deliberatione ꝛ voluntate ra-
tionis nolle malum non peccatum
puta mortem amici mei et incen-
dium et ſimilia non fuiſſe ymo ſic
velle peccatum eſt.

¶ Ad aliũ dico ꝙ nõ

habeo velle deũ dimittere me pec-
care nec me dampnare qꝫ deꝰ vult
me hoc non velle ſi tamen conſta-
ret mihi ꝙ deus vellet me hoc vel
le dico ꝙ licite et meritorie poſſem
orare et velle me dampnari et vel-
le ꝙ ipſe permitteret me peccare.
Et per iam dicta patet ad reſidua
Quia in proximo articulo tactum
eſt quid eſt peccatuʒ et etiã ad hoc
ꝙ clare habeatur intellectꝰ huius
queſtiõis requiritur ſcire quid ſit
peccare et penes quid attenditur
malicia et ꝗtitas malicie in pecca
to et ſic ſciri poteſt ꝗtitas pene de
bite pro pctõ. ideo pͦſo tractare in
tendo quid ſit peccare.

¶ Et arguo ꝙ pecca

care non ſit facere vel omittere cõ
tra voluntatem ſeu legem et ho-
norem dei. Et arguo ſic circunſcri
pta per ymaginationem volunta-
te dei et omni lege dei ymo poſito
per impoſſibile ꝙ deus non foret ꝛ
creatura rotionalis in ſua liba po
teſtate foret ſicut nũc ē adhuc poſ
ſet nocere alteri et facere cõtra ſu
um actuale iudicium rationis et
multa conſimilia mala. Similiter
vicium morale dicitur vicium ꝛ nõ
quia contra deum ergo circunſcri
pta omni voluntate et lege dei ſtat
ꝙ creatura poteſt peccare ergo nõ
ſolũ eſt pctm̃ quia contra legem ꝛ
honorem dei et voluntatē dei. Ad
iſtud reſpondeo et dico ꝙ in pecca
to actuali duo ſunt conſideranda.
ſcʒ materiale in peccato et forma-
le materiale in peccato commiſſio
nis eſt actus factus contra volun-
tatem et legeʒ dei in peccato omiſ
ſionis eſt ipſa pura priuatio mate-
riale et carentia conformitatis cuʒ
voluntate diuina eſt formale ī pec
cato et iſta carentia in ſubiecto ſu
ſceptibili eſt contrarietas et iniu-
ſticia etiã oppoſitum rectitudo et
iuſticia et talem actum carentem
rectitudine facere eſt peccare ꝛ fa-
cere actum conformē eſt bene face
re et recte in ordine ad vltimum fi
nem. Iſtud poteſt confirmari p il-
lud Auguſtini duodecimo. contra
fauſtum. Peccatum eſt dictuʒ vel
factum vel concupitum eſt materi
ale in peccato contra legem dei eſt
formale in peccato. Et conſimili-
ter poteſt confirmari per illud Au
guſtini de duabus animabus. ca-
pitulo decimo. ¶ Peccatum eſt
voluntas retinendi vel conſequen
di quod iuſticia vetat. Similiter p
Aug. de bono coniugali. c. xiij. vbi
loquens de donis ſeu bonis con-
ceſſis ad vſum hominis dicit hũs
bonis que propter aliud neceſſa-

ria ſunt qui non ad hoc vtitur ꝑpt
quod inſtituta ſunt peccat veniali
ter alias mortaliter q̄dquid ꝓ ꝑpt
quod inſtituta ſunt vtitur bene fa
cit. Idem per anſelmū de veritate ꝑ
magnā partem libri.

¶ Ad argumentum
r ideo ꝙ circunſcripta ꝑ ymagina-
tionem omni volūtate ⁊ lege diui-
na vel ꝙ deus non foret tunc alius
eſſet ponendus finis in ordine ad
queȝ oīs actus voluntatis deberet
ordinari. ſicut ponitur eſſe de pace
vt habetur. 19. de ciuitate dei. cap.
18. vbi dicitur. Oīs vſus rerum tē
poralium refertur ad fructum pa-
cis eterne in terrena ciuitate ⁊ apō
philoſophos a diuerſis ponebatur
finis: vt patet. 8. de ciuitate ca. 3°.
Ideo dico ꝙ recte tunc agere poſ-
ſet in ordine recto ad alteꝝ finē: et
hoc ſecundum exigentiam finis et
vicioſe eſſet contra illū fineȝ: quia
nunc voluntas diuina eſt omnium
finis. vt patet per Auguſtinū in ſer
mone domini in monte. li. ſecundo
ca. 21. 23. 24. 25. 34. 35. vbi dr ꝙ fi-
nis recti operis debet eſſe deꝰ quē
ſolum inuenire debet qui recte vi-
uit. Et in ſnīs ꝓſperi diſ. 19. ⁊. 29.
209. finis fidelium eſt xp̄s. Ideo ex
hoc quis recte agit qui agit in ordi
ne ad vltimum finem et conformi
ter voluntati diuine ⁊ q̄ſi econtra
agit vicioſe et peccat.

¶ Iſtud poteſt etiam
cōfirmari per Anſelmum Cur deꝰ
homo li. pīo ca. 12. vbi querit q̄d ē
peccare et dicit nō eſt aliud peccare
ꝙ̄ non reddere deo debitum ⁊ addit
quid eſt debitum quod debemꝰ deo
Et reſpondet. Omnis voluntas ra
tionalis creature debite eſſe ſubie
cta voluntati dei hoc eſt debitū q̄d
debet angelus ⁊ homo quod ſoluē
do nō peccat ⁊ oīs qui nō ſoluit pec
cat: hec ē iuſticia ſiue rectitudo vo
lūtatis que iuſtos facit ſiue rectos
corde. i. voluntate.

¶ Sed adhuc obiicit
ſic aliquis pōt peccare ⁊ non cōtra
voluntatem dei beneplaciti. qꝛ con
tra illam impoſſibile eſt facere. Et
eodemmodo de voluntate ſigni qꝛ
primus angelus peccauit ⁊ non cō-
tra aliquod ſignum volūtatis dei.
quia non contra preceptum vel ꝓ-
hibitionem quia ad hoc nullū fuit
datum mandatum nec peccauit cō
tra conſilium qꝛ nullū tūc fuit nec
contra promiſſionem vel opinionē
⁊ per conſequens aliquod pōt eſſe
peccatum ⁊ nō contra ſignum volū
tatis diuine. Conſimiliter pōt ar-
gui de illo qui peccauit contra con
ſcientiam.

¶ Ad idem ſecundū
Auguſtinū. 10. de libe. ar. ca. 6. non
ideo malū eſt adulteriū quia vetatē
a lege: ſed ideo vetatur lege qꝛ ma
lum eſt. Et idē dicit Auguſtinꝰ ſu-
per leuiticū: eodēmodo aliqua ſūt
contra voluntatē dei quia mala et
non ideo mala: qꝛ cōtra voluntatē
dei. ⁊ per conſequens eē contra vo
luntatē dei non eſt formale ī omnī
peccato.

¶ Ad idem arguo ſic
ſi pctm̄ ſit actus voluntatis contra
volūtatē dei cū non ſemper ꝑ te ta-
lis ſit in voluntate pura ſed ſolum
meritorie. ſequitur ꝙ nō omīe pec
catum foret per ſe pena quod eſt cō
tra magiſtruȝ ſententiaȝ. ca. 38. q.
per totum.

¶ Ad idem. Si pecca
re aliud ꝙ̄ facere vel omittere con
tra voluntatem dei cum non ſit ali
quis actus quin poſſit eſſe et non
eē contra voluntatē ⁊ nō eſſe cōtra

voluntatem dei non eſt actus q̄ nō poſſet libere ꝓduci a voluntate et et non eſſe peccatum. Et tunc poſſet licite aliquis et libere et ſcīēter odire deum ⁊ omnia couſimilia ma la facere.

¶Ad idē ſic ponatur ꝙ deus ī voluntate alicuiꝰ recreat ꝑ ſe et ī medīate actum volūtatis contra volūtatem beneplaciti vel aliud ſignū volūtatis diuine. Tūc iſta voluntas facit ꝯtra voluntatē dei et tamē non peccat ergo ſic facere nō ē per ſe peccare. Similiter ſi facere vel omittere ꝯtra volūtatem dei eſſet peccatum cū ſit factū ſequit̄ ꝙ peccatū eſſet aliquid ꝯſequens ē falſū et cōtra ſāctos iohannis primo ſine ipſo factum ē nichil .i. peccatū quia peccatū nichil ē Similiter ſola priuatio iuſticie ē peccatū ſecūdum āſelmū de conceptu ꝟginis capitulo.4.⁊.5.in queſtiōe prima concluſione ſufficienter oſtē ſum eſt ꝙ peccatum nichil eſt

¶Ad idem ſi facere vel omittere contra voluntatē dei eſſet peccatuꝫ cuꝫ talis qui facit cōtra conſiliū facit cōtra voluntatem dei faciens ſcienter contra conſilium dei peccaret. conſequens ē falſum: qꝛ iſta ſunt opera conſilij non reſiſtere malo. Et ſi quis percuſſerit te in dexteram maxillā prebe ei ⁊ alteram ⁊ ei qui vult in iudicio cōtendere ⁊ tuam tunicaꝫ tollere dimitte ei ⁊ palliuꝫ: ⁊ multa alia de q̄bus habetur mathei quīto. Similiter ꝙ relinquatur mundus: ſimul de duobus ſēper magis facere bonum. ⁊ ad iſta tenetur quis ſub pena peccati. Similiter conſilium eſt ſeruare virginitatem: ⁊ tamen nō ſeruare ⁊ nubere non eſt peccatuꝫ vt patet. I. ad corin. I. capitulo. Et auguſti. de bono ꝯiugali exponens illud apoſtoli ſolutus ab vxore ne queſieris vxorem dicit Auguſtinꝰ ſnīa ꝯcilij ē ñ ꝓcepti lꝫ itaqꝫ facē: ſꝫ melius eſt non facere de bono cōiugali. capitulo. 13. bonuꝫ eſt nubere ſed melius non nubere.

¶Ad iſta reſpondeo ſicut prius ꝙ actus ſeu priuatio actus eſt materiale in peccato ⁊ priuatio cōformitatis ⁊ ordinis ad vltimum finem eſſe formale in peccato ſicut dicit doctor ſolennis quolibet. 5. q. 5. dicit ſic actus materiale eſt in peccato deordinatio vero formale eſt. ⁊ doctor ſolennis ⁊ ſubtilis ſecundo ſententiarum. diſ. 25. q. prima. Et ſecundum alium modum loquendi doctoruꝫ eſt quodāmodo peccatum in cōcreto ſiue cōcretiue. Aliomodo dicitur peccatū in abſtracto ſeu abſtractiue: ſicut dictur bonum habens bonitatem. Alio modo dicitur bonū ipſa volūtas. ¶Ad primā rationē factam dico ꝙ aliquis pōt facere contra voluntatem dei ⁊ ſigni ⁊ preter volūtatem beneplaciti. Et dico ꝙ ꝑmꝰ angelus peccauit contra legem et honorem dei ⁊ ſignū voluntatis diuine: quia angelus ſciuit ꝙ ſolꝰ deus debuit ꝓeſſe omnibꝰ ⁊ ſuper oīa honorandus. ideo fuit peccatū angeli contra legem dei dataꝫ ſibi in creatione ſecundum quam legē debuit regulare ſe ⁊ illud iudiciū in mente angeli fuit ſignū voluntatis diuine. ⁊ ſic contra illaꝫ faciens facit contra legem ⁊ voluntatē diuinam ⁊ peccauit.

¶Ad aliud de illo q̄ fecit contra conſcientiam erroneam. dico ꝙ tale iudicium rationis eſt ſignum voluntatis diuine et cōtra tale iudicium non licet facere

nec agere. Similiter ſic agere eſt cõtra legem naturalem: q2 naturale eſt ꝙ voluntas reguletur ſecundũ iudicium rationis. ⁊ ideo faciens contra illud peccat: quia contra legem naturalem.

¶ Ad aliud dico ꝙ quidam poſuerunt ꝙ in adulterio ⁊ in aliĳs peccatis eſſe vetitum lege ꝓmulgata eſt formale in peccato. et reprobat hoc Auguſtinus ⁊ oſtẽdit ꝙ nõ: ideo malũ: quia lege prohibitum. ſed econtra et ſtatim oſtendit ꝙ eſt contra legem naturalem. ⁊ vltra dico ꝙ illa lex naturalis ẽ ſignũ voluntatis diuine. Conſimiliꝰ dixerunt quidam ꝙ ideo eſt peccatum. quia nõ placet deo: quia quicquid non placet eſt peccatum: ⁊ tamẽ ſecundũ veritatem eſt econtra ſcʒ nõ placet deo q2 peccatum eſt ⁊ priꝰ eſt eſſe peccatum q̃ non placere deo

¶ Ad aliud dico ꝙ loquẽdo de peccato actuali vt ſupra locutum eſt pctm̃ non eſt per ſe potentia: ſʒ ſolũ demeritorie pene. et ideo dicit magiſter ſecundo ſententiaꝝ. d.. 35. peccatum dicitᷣ corruptio vel ꝓuatio actiue nõ paſſiue ⁊ diſtinctione. 36. dicit magiſter ſicut ignis eternus dicitur pena maloꝝ quia eo cruciantur nec tñ ipſe cruciatus maloꝝ ignis eſt. ſʒ per ignẽ fit in hoĩe ſic eſt de peccto et pena. Idem patet per gloſam in canone decima. 5. q. prima ex voluntate. et probatur ibi per quedam argumẽta ꝙ nullum peccatum eſt pena ex pone id eſt pro quolibet peccato debetur pena Similiter dicit dominꝰ altiſſiodorenſis ſecundo ſententiarum in fine. ⁊c. ſed contradicit magiſter. 2. ſententiarum diſtinctione 36. capitulo primo inter primũ peccatum apoſtaſiam ⁊ vltimam penã ignis eterni merita que ſunt ⁊ peccata ſunt ⁊ pena peccati. Et idõ dicitur ꝙ omne peccatum meritũ dicitur pena peccati q2 cauſa ⁊ meritũ illius eſt precedens peccatũ ſed loquendo de peccato habituali ꝙ eſt priuatio gratie. dico ꝙ magis habʒ cauſam ⁊ ratione in pene q̃ culpe.

¶ Sed contra habetᷣ primo conf. libro primo. c. 12. vbi dicitᷣ iuſſiſti enim dñe et ſic eſt vt pẽa ſua ſibi ſit omnino inordinatus animus. ⁊. 4. conf. c. 9 dico ꝙ dicitᷣ pena cauſatiue non per ſe: et formaliter.

¶ Ad aliud dico ꝙ nõ eſt actus aliquis in voluntate quin poſſet eſſe ⁊ non eẽ peccatum. Sed nunquid omnis actus poſſit libere ⁊ ſcienter producta voluntate creata ⁊ non eſſe peccatum credo ꝙ nõ. quia talis productio eſſet contra legem aliquã naturalem cũ qua deꝰ non poſſet diſpenſare.

¶ Ad aliud dico ꝙ ſi deus conſeruet per ſe ⁊ immediate actum in voluntate dubium eſt michi nunquid voluntas põt velle ꝑ iſtũ actum. Sed poſito ꝙ ſic queritur aut libere vult aut non ſi non / non peccat / ſi libere vult peccat.

¶ Ad aliud dico ꝙ aliquid peccare ẽ aliquid. ⁊ ſimiliter accipiendo pctm̃ in cõcreto ſic eſt aliquid quia actus carens rectitudine debita ineẽ. ſʒ loquẽdo de pctõ formaliter in abſtracto ſic nichil eſt. q2 ẽ pura priuatio ⁊ ſic intelligunt ſancti doctores.

¶ Ad aliud de operibus cõſiliĳ dico ꝙ ꝑfecti ⁊ religioſi tenẽtur ad opera cõſiliĳ ſʒ nõ ad oĩa

ſimplici nō niſi ſit ꝑ accidēs. ⁊ nō va let ꝯña pctm̄ ē cōtra voluntatem ſigni. ergo cōtra q̄dlibꝫ ſignū facere eſt peccatum. qꝛ licet relinquere mūdum ſit conſilium cū illo ſtat ꝙ oppoſitum ſit ordinatuꝫ in recto ordine ad vltimum finem.

¶ Ex his colligi pōt quid ſit pctm̄ ⁊ quid peccare. Peccare eſt facere vl' omittere contra honorē dei ſicut dicit anſelmꝰ pmo Cur deus hō. ca. 12. peccare eſt deū inhonorare ⁊ quis eſt ille honor cōtra quem peccans facit. Rñdet anſelmꝰ totus honor quē debemꝰ deo eſt vt volūtas nr̄a ſit ſub iecta volūtati diuine. Ois creatura dꝫ eē ſub iecta voluntati diuine ⁊ conformare ſe ad illā tanꝙ ad finē vltimū ordinari ⁊ iſte eſt honor dei: ⁊ peccare eſt contra iſtū honorē dei facere qꝛ peccare eſt omittere contra exigētiā finis ſicut patet eſſe in naturalibus: nam diſpoſitio recta in membris ⁊ aliīs eſt quidā finis hominis. ⁊ ideo quando deficit mēbrū vel cōſimile eſt defectus ⁊ pctm̄ in natura Conſimiliter eſt in moralibus nā ſicut dicit Auguſtinꝰ de natura boni q̄ſi per totū librū nichil aliud ē malū niſi priuatio modi ſpeciei et ordinis. Sil'r nō eſt poſſibile ꝙ pctm̄ ſit i recto ordīe vl' ad vltimū finē qꝛ i oi peccato ē auerſio a deo. vt pꝫ. 12. de ciuitate dei multis locis ⁊ oē q̄d eſt ꝑter pctm̄ dꝫ neceſſitate ſue nature eē in recto ordine ad vltimū finē Aliter ꝑt dicere ꝙ peccare eſt facere vel omittere cōtra legē dei ſicut dicit doctor ſolennis ⁊ ꝑ legē itelligo legē naturalē de quo habetur pmo de libero arbitrio ca. 6. ⁊ i ſermone dn̄i in mōte. li. pmo. ca. 15 dicitur legē naturalē ſcripſit deꝰ in cordibꝰ hoim. ⁊ etiā itelligo legem ſcriptam ⁊ publicatam ꝑ iſtō ꝑ Auguſtinū de perfectione iuſticie. c. 12 Aliter eſt dicere ꝙ peccare eſt facere vel omittere cōtra ſignū volūtatis diuine que ſūt preceptū legi naturalis ꝓhibitio ⁊ ꝯſim. illa ſigna voluntatis diuine: lꝫ in hiīs dictis de peccato varietas ſit in dicto: nulla tamen in re cuꝫ iſta deſcriptiōe peccati conuenit doctor ſubtilis. 2°. ſententiaꝝ diſtin. 37.

¶ Nunc habeo tractare de peccato habituali ⁊ cū ipm ſit priuatio iuſticie ſm anſelmū de deꝯceptu virgi. c. 45. Primo tractabo de iuſticia ⁊ pmo probo ꝙ q̄libet creatura rationalis habꝫ infinitam bonitatē et iuſticiam pua • b. iē per peccatum.

¶ Arguo ſic ꝙ mala ꝑt eſſe creatura rationalis precedēte actu peccati tam bona ⁊ tā iuſta ē añ pctm̄. Sꝫ infinite mala pōt eē creatura rationalis ꝑ pctm̄ fuit igitur infinite bona añ pctm̄ maiorē ꝓbo et pono ꝙ. a creatura ſit effecta mala ꝑ peccatū tūc ꝓcedente actu Arguit' ſic: nulla eſt malicia in . a. niſi priuatio alicuiꝰ boni. ⁊ ꝑ cōſequens ꝙ mala eſt priuatio tā bona fuit res ⁊ iuſticia priuata ꝑ illaꝫ priuationem ⁊ ꝙ bona fuit iſta iuſticia tā bonus ⁊ tam iuſtus fuit. a. ꝑ illā igitur ⁊c.

¶ Ad idē ſic ſit. b. vnū pctm̄ q̄. a. ꝑt eē malꝰ ⁊. c. aliq̄d equale ⁊ ſic in īfinitū. tūc arguo ſic. a. eſt innocens ⁊ imunis. a. b. et illa innocētia ⁊ immunitas ē. a. bonū. ⁊ cōſimiliter inocentia. a. c. ⁊ immunitas eſt bonū equale. ⁊ ſic in infinitū. ergo habet. a. īfinita bona equalia vl' vnū bonū in īfinities magis bonū ꝙ eſt innocētia ⁊ imunitas. a. b. peccato ⁊ talis virtus eſt iuſticia i ſbiecto ſuſceptibili. vt pꝫ. 2. ſē. d. 16. c. 7

ergo.a.habet infinitas virtutes ⁊
iuſticias equales vel vnam equa=
lẽter infinite.

¶ Cõfirmat̃ iſtud ar
gumentũ ſic ꝛ probatur ꝙ immuni
tas et innocentia a peccato ſit taꝫ
bona ꝙ̃ malum peccatum eſt tunc
aliquod bonum poſitum minꝰ bo=
num illo peccato eſſet magiſ bonuꝫ
b.innocentia ſit.c.tunc.c.recta ra=
tione eſſet magis eligibile ꝙ̃.b. cõ
ſequens eſt falſum qꝛ habito.c. et
non.b.habetur peccatũ et malum
maiꝰ ꝙ̃.c.bonum ꝭ.b.eſt magiſ ma
lũ ꝙ̃.c.ꝭ talis erat mala.

¶ Ad idẽ arguit̃ pec=
tũ eſt malũ qꝛ nocet ſi tũc ꝗs pecca
ret pctõ.a.ſibi noceret ⁊ adimeret
aliquid de bono vt pꝫ per magiſtꝝ
2°.ſñtaꝝ diſt.35.ca.21.et aug.i En
cħ:Si iterũ peccaret.b.pctõ equa=
li.b.ſibi tantum malum foret ſibi
ſicut.a.ergo ſibi tantum noceret ⁊
tantum bonum adimeret et priua
ret ⁊ ſic de oĩ pctõ ⁊ non requiritur
ꝙ pctm̃ priuet aliquod bonuꝫ niſi
iuſticiã ergo talia infinita pctã pri
uarẽt infinitã iuſticiã vel infinitas
iuſticias equales. Nõ videtur eſſe
ſufficiens reſponſio dicere ꝙ ſecũ=
dum pctm̃ tm̃ noceret ⁊ tunc tm̃ bo
nũ ꝑuat ⁊ adimit ſicut primuꝫ pec
catũ qꝛ idẽ bonũ vel equale.Cõtra
ſi idẽ priuat nõ tm̃ nocet qꝛ ſi equa
le ⁊ diſtictũ adimeret tm̃ noceret ⁊
nunc nõ tm̃.ꝭ.⁊c.quia peius foret
ꝑdere duo bona equalia ꝙ̃ ideꝫ bo
nũ ex pluribꝰ cauſis.

¶ Ad idem poſt actuꝫ
pcti remanet creatura culpabilis
vt pꝫ.4.ſñtarũ diſ.8.in fine ꝗrit de
iſta macula que remanet poſt actũ
pcti ⁊ dicit ipa diſſimilitudo q̃ ĩeſt
aĩe ex pctõ eſt elongatio a deo ⁊ aĩe
macula intelligitur,a,qua purga
tur in penitentia et ibidẽ dicit ma
giſter.ca.24 Poſt actũ pcti ita pol
luta remanet aĩa ſẽmꝑ ſicut fuit ĩ
ipſo actu pcti qꝛ ita longe eſt a deo
per defectionem que in vita et mũ
dicia mẽtiſ.ſ.fuit dũ pctm̃ ageret.
Idem patet.2°.ſenteõtiarũ di.42.
c.5.Ex iſto arguit̃.a.creatura ẽ in
iuſta tunc deus poteſt eam rectifi=
care et iuſtificare equaliter ſicut
fuit ante peccatuꝫ et hoc non erit
niſi ſibi dando iuſticiam ſicut.b.
Tunc tantam quanta eſt.b.perdi=
dit peccato.Et idem eſt argumen
mentum de alio peccato et alia iu
ſticia et per conſequens quot ſunt
peccata tot iuſticie correſpondent
Similiter deꝰ poteſt iuſtificare pec
catorẽ ab vno peccato non ab alio
hoc primo probo peccet a creatura
b.peccato tunc ante.c.a. fuit inno
cens ⁊ iuſtus iuſticia correſpondẽ=
te.c.et eſt poſt. c. magis ĩiuſtus ꝙ̃
prius poteſt tunc deus poſt.c. pec=
catum rectificari.a.ad ſtatũ quem
habuit in.b.et hoc non poteſt eſſe
niſi per aliquaꝫ iuſticiam ſit illa.d
Tunc tantam perdidit peccato. c.
Et idem eſt argumentum de om̃i
peccato alio idem eſt argumẽtũ ꝙ
omne peccatum habet propriam ⁊
certam iuſticiam ſibi correſpondẽ
tem.Dicis forte ꝙ non requiritur
ꝙ ſi deus iuſtificet creaturã ꝙ hoc
faciat infundendo ſibi iuſticiam.
contra tunc ſequitur ꝙ ſit poſſibi=
le ꝙ de creatura ĩiuſta fiat iuſta et
eꝫ ſine oĩ mutatione in ipſa quod
videtur inconueniens.

¶ Ad idem poſito ꝙ
aliqua creatura fuiſſet ab eterno ĩ
ſtatu viatoris ⁊ infinities peccaſſꝫ
equaliter iſtud non videt̃ formali=
ter icludere cõtradictionẽ qꝛ de fu
turiſatiſ ẽ poſſibile ꝙ aliq̃ creatura
ĩfinities peccet ĩ futuro nec ẽ crea

tura minus potens ad peccanduꝫ ex hoc ꝙ pluries peccat ſit. a. peca tū q̄ talis creatura fuit ab eterno peccans. Tunc arguitur vt pri⁹ ſi deus iſtam rectificaret ab. a. peccato hoc eſſet per infuſionem alicu- ius iuſticie ⁊ ſi ab omnib⁹ pctis eā rectificaret hoc eſſet per infuſionē infinitarum iuſticiarum vel ꝑ vnā equiualentem infinitis et tam iu- ſta eſt nunc creatura ſine pctō ſim- pliciter ſicut foret talis rectifica- cata ꝗ. ⁊c. Necvaleat reſpondere ꝙ iuſticia correſpondens peiori pctō fuit minor tunc iuſticia correſpon dens vltio foret maxima et tūc cre atura peccatiua eternaliter in fu- turum primum peccatū eſſet mini mum et minima iuſticia ſibi corre- ſponderet.

¶ Ad ideꝫ arguit̄ de

iſta creatura que ſic ab eterno pec- cauit a peccatū aliquid minuit de bono vt pꝫ Encħ. c. 18. ⁊ hoc probat aug. quia aliter non eſſet malū nec noceret. Tūc arguitur ſic. a. pctm̄ minuit aliquod et quodlibet prece dens tantum totum bonuꝫ eſt cor- ruptum quod qδlibet precedēs tā tum minuit ſicut iſtud ꝓbo q꞉ ſi nō a. minueret pluſq̄ aliquod p̄cedēs ⁊ tunc min⁹ q̄ aliquod ſubſequens in eternū vniformiter peccaret ⁊ tn̄ a. aliquod certū minuit aliqua cer ta finita corrumperet et minueret totum quod eſt contra auguſtinū ibidem Encħ. ca. 19. Similiter de tali creatura que peccauit ab eter- no. Arguitur ſic non poteſt pl⁹ mi nui de bono per peccatum q̄ eſt di- minutum. Similiter ſi in eternum peccaret aliq̄ cum nunc primo inci peret peccare nunq̄ foret tantum corruptum et minutuꝫ in iſta ſicut nunc eſt in iſta et vltra oē gradum ſignificabilē poſſet eē diminutio ꝗ

⁊c. Silr̄ ſm magiſtrum. 4. ſniaruꝫ. di. 18. macula que remāet poſt pec catum eſt elongatio a deo et ſimili tudo tunc per. a. peccatuꝫ ſit talis creatura magis diſſimilis et alon- gata a deo q̄ prius. Contra tūt ſe- quitur ꝙ infinita diſſimilitudine ⁊ elongatione diſtat talis creatura a deo aliquomodo et per cōſequēs nulla eſt ſimilitudo vel propinqui- quitas et ſic non peccaret vlterius in futurum et multa poſſunt fieri argumenta in iſta materia que cla rius reſpondēdo tractabo

¶ Ad ideꝫ arguitur

ponatur ꝙ ſit aliqua creatura rati onalis in pura eſſentia naturali ſi- ne omni dono ſuperaddito quo po ſito talis creatura p̄t peccare pec- cet tunc. Tūc quero quod bonum priua t illud peccatum. Si dicatur ꝙ nullum ergo non eſt eſſentiale pec cato priuare nocere adimere aliq̄d de bono quod eſt contra magiſtrū ſecundo ſententiaꝝ. di. 25. Silr̄ p⁹ actū pcti vl̄ remanet creatura ma la vel nō. Si nō tūc videt̄ hoc incon ueniens ꝙ creatura peccaret et tn̄ nou efficit̄ mala Silr̄ nec erit talis creatura poc actum in pctō ꝯñs eſt fl̄m q꞉ in caſu nō idiget pn̄iā nec ſa tiſfactione. Si dicat̄ ꝙ poſt actum erit ī pctō Cōtra illδ pctm̄ erit tūc priuatio alicus boni ⁊ tūc forꝫ talis creatura ꝑuata aliquo bono ꝯñs ē flm̄ q꞉ tūc primo habuit mūdā eſſē tiā et illa remanet. ergo. Arꝫ ꝙ nul lū ſit pctm̄ habituale q꞉ tūc ſi eſſet ponatur ꝙ ſortes habeat pctm̄ ac tuale hēat ēt poſt pctm̄ habituale ꝗ tūc eſt min⁹ malus cū pauciores malicias hꝫ qδ ē cōtra mgrm̄ ſnia- rū. di. 18. vt ſu. allegatū eſt.

¶ Ad idē ponatur ꝙ

ſortes habeat. a. peccatum actua-

le et.b. habituale. Tunc remittat deus.b.pctm̄ et omnem penā debitā p.b. ſeruando omnē penā debitā pro.a.veleque remittat de⁹ penā debitā pro.b vel tunc maior pēa debetur pro.a.b.q̄ pro vno illoruz per ſe q̄ maior pȝ qꝛ ſunt duo diſtīcta pctā quoꝝ vtrūq; eſt puniēduz ⁊ q̄ non patȝ qꝛ pro actu ſolo debetur pēa et premium non pro habitu vt pȝ per pħm.2°.Ethicoꝝ.c.1°. virtuoſi ſecundum actus et opera ſunt laudandi.

¶Ad idem ſecundū dicta ſctorum ex his in pctō mortali hȝ duo pctā hitualia vnū ratōe priuationis iuſticie naturalis aliō iuſticie ſuperaddite et vtrūq; ē pctm̄ ponat a creatura ī puris naturalibus et.b.in gratia ſuperaddita et peccent equaliter tunc.b. erit magis mala q̄.a.et magis digna pena quia b. hȝ vnum pctm̄ plusq̄.a et cetera ſūt paria .g.ꝛc.Et arguo q̄ non equaliter peccauerunt ⁊ eq̄liter demerebantur ergo ſunt eq̄liter digni pena ⁊ per conſequens b.non eſt magis malus et magiſ dignus pena q̄.a. et maiori pena et mala.ꝛc.

¶Ad argumenta iā facta reſpondeo.Et primo ad pⁿm̄ dato dico q̄ eſt quoddam peccatuȝ habituale ſeq̄la pcti actual ſed qd ſit diuerſi diuerſa dicunt quidā dicunt q̄ priuatio gratie eſt peccatū habituale et non eſt per ſe et eſſentialiter pctm̄ ſed ſolum quia ſequela peccati actualis et quando ē ſequela grauioris peccati tūc iſta priuatio eſt grauius peccatum et ſi ineſſet alicui non ex culpa precedēte non eſſet culpa.Et conſimiliter eſt dicendum de omni conſimili abſolute poſitiuo. Sed quid ſi creatura fuerit ī puris donis nature ſicut ſecundum quoſdam fuit angelis et primis parentibus in ſtatu īnocentie.Et tunc ſi talis creatura peccaret que foret illa macula que ineſſet poſt actum mortalis peccati ſecundum magiſtrum.4.ſententiarum di.18.in fine macula pcti ē elongatio a deo et deſimilitudo et eſt illa diſſimilitudo priuatio ſimilitudinis qua homo naturaliter ē deo ſimilis.vt patet.2. ſententiaꝝ di.16.c°.7.vbi exponens illud geneſis primo faciamus hominēȝ.ꝛc dicit magiſter ad ymaginem ⁊ ſimilitudinem ſm̄ innocentiā et iuſticiam que in mente rationali naturaliter ſunt et iſte dicunt in creatura rationali virtutes naturales ⁊ per illas aſſimilatur creatura deo ⁊ q̄ illas pdit diſſimil ē deo et illaruȝ priuatio eſt pctm̄ ſed nūq̄ talis iuſticia naturalis innocentia et īmunitas a pctō ſit ipſa eſſentia ⁊ natura rationalis vel pōt eſſe aliqd donum ſuperadditum eſt dubium.

¶Et primo arguo q̄ non eſt poſſibile q̄ ſit donum ſuperadditum qꝛ ſi foret poſſet deus de potētia ſua abſoluta ſeparare iſtā ab aīa rationali.Contra vel forȝ talis natura recta iuſta vel innocens vel non.Si ſic foret contra iuſticia ſua innocētia ⁊ immunitas a pctō eſt ablata et per ꝯñs talis creatura nullam habet iuſticiam nec īnocentiam ergo nec iuſta nec īnocēs ſed mala quod eſt impoſſibile. Similiter poſt ablationem talis virtutis ſuperaddite peccet tunc creatura rationalis. Arguo ſic hec eſt mala et in pctō iſta malicia et peccatuȝ non poteſt poni niſi priuatio alicuius iuſticie et per conſequēs ante peccatum ſuum habuit iuſti

ciam et innocentiam. Similiť ma
nente rationali creatura non põt
eſſe quin ſit iuſta vel iniuſta ſicut nõ
eſt poſſibile ꝙ ſit homo neqꝫ ſanus
neqꝫ eger nec quantum continuuꝫ
neqꝫ puũ neqꝫ magnũ et ſic de alijs
conſimilibus. Eodem modo eſt im
poſſibile ꝙ ſit creatura rationalis
neqꝫ iniuſta neqꝫ iuſta et per conſe
quens non eſt poſſibile ꝙ ſit abla=
ta iuſticia niſi ſit peccatum.

¶ Ad partem cõtra=

riam arguo et probo ꝙ iuſticia in=
nocentia ⁊ immũitas a peccato nõ
ſit ipſa eſſentia et natura rationa=
lis quia ſi ſic eadem ratiõe motus
eſſet mobile relatio eſſet ſuum fũ
damentum quantuꝫ eſſet ſua quã=
titas et ſic de conſimilibus. Jſtud
etiam eſt contra doctorem ſolẽneꝫ
ſexto quolꝫ. q̃ſt. 11. verſus fineꝫ dicit
iuſticia ſiue rectitudo naturalis ẽ
aliquid preter ſubſtantiam et eſſẽ=
tiam voluntatis. Aliter enĩꝫ volũ=
tas manens non poſſet eam amit=
tere vt qualitas quedã ĩ q̃titate cor
porali. Similiter ſi iuſticia et recti
tudo foret ipſa voluntas eadeꝫ ra=
tione priuatio iuſticie et rectitu=
dinis voluntatis ſit peccatum ſeq̃
tur ꝙ voluntas et anima foret pec
catum quod reputo erroneũ et ali
q̃n in loco iſto dãpnatũ. Similiter
ſequitur ꝙ iuſticia erit pctm̃ et ſic
de conſimilibus.

¶ Ad iã dicta rñdeo

et dico ꝙ de facto creatura ratõna
lis habet duplicem rectitudinem
vnam habet naturalem aliamque
eſt gratia gratum faciens et in ſta
tu innocentie poſito ꝙ angeli ⁊ ho
mo nõ fuiſſent creati ĩ gratia gra=
tum faciente adhuc habuiſſent iu
ſticiam naturalem et aliud donuꝫ
ſuperadditum et infuſum natura
libus quod eſſet iuſticia et diciť iu
ſticia naturalis originalis ſed nun
q̃ poſſet deus creare creaturaꝫ ra=
tionalem cum ſola iuſticia natura
li ſine alio dono ſuperaddito credo
ꝙ ſit de qualibet illarum iuſticiaꝝ
et rectitudinum dico ꝙ ẽ vna ⁊ cer
ta ⁊ finita creatura et totaliter pri
uabilis per peccatum ymo peccãs
mortaliter priuat ſe iuſticia ſua to
ta naturali et alia iuſticia ſuperad
dita ſicut eſt de virga naturaliť re
cta qualitercunqꝫ curuetur perdi=
tur tota rectitudo et tamen vltra
in infinitum curuari poteſt et ẽ q̃li
bet curuitas priuatio prime recti
tudinis et nulꝰ eſt maximus gradꝰ
curuitatis poſſibilis.

¶ Contra iam dicta

arguitur multipliciter. Primo ſic
dictam reſponſionem ſequitur ꝙ
exiſtens in peccato mortali nullaꝫ
iuſticiam hꝫ et per conſequẽs non
poſſet eſſe in iſto maior priuatio iu
ſticie nec malus peccatum quod vi
detur inconueniens et ɔ̃ña tota pꝫ
per anſelmũ de conceptu virgi. cº.
29. quod ſic arguit de infantibus ⁊
probat ꝙ per peccatum primorum
parentum non poteſt augeri infã=
tiũ pctm̃ q2 vt dicit in infantibꝰ nul
la eſt iuſticia ⁊ ideo nulla poteſt au
ferri iuſticia et per conſequẽs nec
addi iniuſticia. Similiter arguo in
propoſito ꝙ exiſtẽs in peccato mor
tali non poteſt ſibi vltra addere in
iuſticiam nec eſt magis iniuſtus.

¶ Ad idẽ arguitur ſi

exiſtens in peccato mortali nullaꝫ
haberet iuſticiam tunc exiſtens in
peccato mortali non poſſet pro
tunc recte agere et iuſte ſed

omne opus ſuum eſſet peccatum: conſequentia patet: quia prius natura requiritur ꝙ voluntas ſit iuſta et recta ꝙ iuſte ⁊ recte agere ſicut patet per Anſelmū de cōcor. capitulo. 13. vbi dicit ſicut viſus non eſt acutus quia videt acute. ſed id circo videt acute: quia eſt acut⁹ ita voluntas nō eſt recta q: recte vult: ſed recte vult qm̄ recta.

¶ Ad iſta reſopndeo ⁊ dico ſicut prius ꝙ voluntas exiſtens in peccato mortali nullam hab; iuſticiam ſeu rectitudinem qua ponitur in recto ordine ad vltimū fine; Sed nunꝙ habeat iuſticiā vel rectitudinē oppoſitā peccato veniali iſtud patere poteſt Anſel. de conceptu virgi. ca. 14. dicit ꝙ oēs paruuli ſunt equaliter iniuſti: q: nlla; iuſticiam qua; homo debet habere habent. ⁊ poſt dicit ꝙ in infantibus nulla eſt iuſticia. Et eodē libro capitulo. 20. dicit loquens de natura humana: reman̄ſit in ea debitū iuſticie interiore. ſine omni iuſticia quam accepit. Similiter ſecundu; Anſelmum et ſecundū cōmuniter omēs doctores peccatū dr eſſe nuditas quod nō eſſet ſi pars iuſticie remaneret. Similiter doctores qui dicunt ꝙ homo qui icidit in latrones Luce. 10. totaliter ſpoliatur ⁊ gratuitis vulneratur in natnralibus. ¶ Similiter ſi peccans mortaliter non perderet totam iuſticiam ſua; foret poſſibile ꝙ exiſtens in peccato mortali eſſet magis iuſtus vel rect⁹ ꝙm alius vel curuus. Similiter exiſtens in peccato mortali poſſet agere ſecundum illam iuſticiā ⁊ rectitudinem. ⁊ tunc poſſet eſſe ⁊ operari recte et in ordine debito ad vltimum finem.

¶ Ad argumenta iā iam facta reſpondeo et nego hanc conſequentiam. exiſten in peccato mortali nullam habet iuſticia; ſeu rectitudinem. ergo in iſto nō poteſt eſſe maior priuatio iuſticie: ſeu rectitudinis nec maius peccatū ſicut non ſequitur linea curua nullā habet rectitudinem. ergo non poteſt habere maiorē curuitatē. cauſa huius eſt quia rectitudo linee cōſiſtit in indiuiſibili. ſed curuitas ad oēm partem augeri pōt in infinitu;. ſic eſt de rectitudine et peccato. Similiter ſicut via recta eſt. quodāmodo in indiuiſibili cum in eadem via poteſt eſſe acceſſus ad terminu; velocior ⁊ tardior ⁊ receſſus ⁊ errare: quaſi in infinitum poteſt eſſe talis error et receſſus. Conſimiliter dicēdum eſt de malicia et iuſticia: ⁊ q̄d eſt quod tollit rectitudinem voluntatis ⁊ facit illum receſſum ab ordine. ¶ Reſpōdeo ꝙ rectitudo actualis eſt illud per quod ponitur act⁹ in recto ordine ad vltimum finem. ⁊ carentia eius in actu vbi deberet eſſe eſt peccatum. ⁊ receſſus ⁊ elongatio a rectitudine habituali qua voluntas eſt recta. et. quando recedit et elongat ſe in actuali rectitudine. tunc proportionabiliter elongat ſe a rectitudīe habituali: ⁊ quomodo vtitur rectitudie actuali cōſeruatſe in habitnali: ſed quomodo recedit ab hac. p̄dit illā. ⁊ manet ſꝑ illa curuitas/elōgatio/⁊ receſſ⁹ donec voluntas rectificet̄ ſicut ē de linea curuata per actualem curuationem. Sed vltra eſt querendu; nunquid talis curuitas ſeu receſſus vel elongatio a rectitudine ſit priuatio rectitudinis vel ſit q̄d aliquo modo poſitiuum. videtur ꝙ ſic quia ſi eēt pura priuatio nō poſſet augeri neqꝫ minui. Similiter elongatio/receſſus/⁊ conſimilia nomina ſunt quodāmodo poſitiua. ergo et eornm ſignificata. Reſpondeo ⁊ dico ꝙ tam a rectitudine actuali ꝙ

habituali elongatio/receſſus ⁊ cōſimilia ſunt quodammodo poſitiua rectitudine et non pura priuatio. nec requiritur ꝙ omne peccatum ſit pura priuatio. ſed pro tanto dicunt ſancti ꝙ peccatum ē priuatio quia eſt illud per quod principaliter/et formaliter dicitur peccatum: ꝙtitas vero peccati attenditur penes poſitiua. Iſtomodoītelligo anſelmū quando dicit ꝙ in infantibus iniuſticia per peccatū priorū pētū nō pt augari qꝛ per peccatum primorum parentum non poteſt in aliquo fieri peccatum niſi ſola priuatio rectitūdinis et illa augeri nō poteſt nec minui: nec poteſt in illis eſſe maior priuatio ꝙ priuatio totius iuſticie. Per iſtō ſciri poteſt quid eſt peccatum origiale dico ꝙ eſt ſoluꝫ priuatio rectitudinis et iuſticie debite in eſſe. et eſt equale in omnibus. et indiuiſibile et non eſt ſicut alia peccata elongatio et receſſus a rectitudine: quia tunc poſſet augeri et minui. Sed peccatum actuale eſt receſſus ⁊ elōgatio diuiſibilis et quodammodo poſitiuum: vt eſt curuitas in linea et ſic linea quanto magis vel pluries curuatur: tanto difficilius rectificatur: et rectitudinem ſeruat ſic eſt de voluntate curuata et ſicut ī linea curuata eſt receſſus a rectitudine et acceſſus in curuitatem. ſic in peccato eſt auerſio a deo et a rectitudine. et conuerſio ad commutabile bonum et formaliꝰ eſt in peccato auerſio ꝙ conuerſio forte tamen prius natura eſt conuerſio ꝙ auerſio.

Ad aliā formaꝫ dico idem ꝙ exiſtens in peccato mortali non habet aliquam rectitudinem qua ponitur in recto ordie ad vltimum finem. Et concedo cū anſelmo ꝙ talis pro tunc non poteſt eſſe nec agere recte in ordine ad vltimum finem ſed nūquid poſſit agere recte rectitudine oppoſita peccato veniali. dicetur poſtea ad aliam difficultatem motam vtruꝫ iuſticia ſeu rectitudo voluntatis ſit ipſa eſſentia voluntatis vel aliquod ſuperadditum doctor ſolem pnis vt ſupradictum eſt tenet ꝙ eſt qualitas ī voluntate et hoc ſatis ꝓbabiliter poteſt dici.

Ad alia argumēta ad primū nego conſequentiā ergo deus poteſt illam ſeparare a voluntate illa remanēte in ſua libtate ꝙ conſequentia non valet patꝫ de relationibus. Et ſi arguatur voluntas creata poteſt illam ſeparare ꝙ a multo fortiori poteſt deus. nō ſequitur et ideo eſt quia iſta non poteſt ſeparari niſi per peccaum. Cōſimiliter habent reſpndere q̄ dicunt ꝙ voluntas eſt rectitudo ſua quia voluntas poteſt auferre rectitudinem quo ad eſſe rectitudinis ⁊ non ſic poteſt deus et non pono ꝙ rectitudo et cōſimilia ſunt res abſolute ſed magis res reſpectiue relationes. Sed adhuc obijcitur ſic. Si curuitas/receſſus ⁊ conſimilia que dicuntur peccato ſint aliquod poſitium. ergo ſunt deo auctore. Reſpondeo et dico ꝙ ſunt aliqua reſpectiua que fiunt. et nō deo auctore. ymo dyabolo et voluntate curuata creature. ſed creatura et omne quod eſt bonum vel natura eſt deo auctore.

Nūc reſpōdeo ad argumenta principalia. Ad pmuꝫ nego ꝙ ꝙ mala efficitur creatura per peccatum tam bona fuit ante peccatnm. Et vltra dico ꝙ non requiritur ꝙ malicia peccati attendatur principaliter penes ꝙtitatē

priuatiõis.et boni priuati.ſʒ penes
modum priuationis.

¶ Ad ſecũdum dico
ꝙ quando creatura rationalis ẽ iu
ſta ⁊ recta ⁊ ſine peccato illa vna re=
ctudine eſt recta et innocens et iu=
ſta ab omni peccato.⁊ quando tunc
peccat et perdit illã rectitudinem
⁊ immunitatẽ non hʒ rectitudineʒ
et innocentiam q̃ eſt virtus:ab ali=
quo peccato.Et qñ arguitur de.a.
⁊.b.peccatis dico ꝙ cõmiſſo.a.pec
cato.b.non eſt talis creatura recta
innocens et immunis a pctõ.b.lo=
quendo de innocentia et immuni=
tate que eſt virtus et iuſticia: ſʒ eſt
innocens ⁊ imunis.a.b.pctõ. loquẽ
do de innocentia ⁊ immunitate q̃ ẽ
priuatio pcti.ſʒ nõ requiritur ꝙ ta
lis innocentia et immunitas a pec
cato.b.ſit ſemper bonum ꝑſe.nec
valet conſequentia:innocẽtia ſi in
eſſet eſſet mala.ergo innocentia eſt
bona.

¶ Ad tertiũ argumẽ
tum patet per predicta in poſitione
quomodo pctm̃ nocet q2 elongat a
deo ⁊ priuat rem que debet ineſſe.

¶ Ad quartum dico
ꝙ dando creature vnam rectitudi
nem rectificaret eam ab omni pctõ
mortali nec requiritur ꝙ rectitudo
ſit tanta quanta fuit curuitas.

¶ Ad quintũ argu=
mentum ꝙ ẽ difficile poſſibile et di
ſputabile.Ad primã formã illiꝰ pʒ
ꝑiã dicta.Ad ſecũdã dico ꝙ.a.non
minuer⁊ aliquid de bono nec poſſʒ
plꝰ minui q̃ foret minutũ vltra tñ
poſſet peccare.Et qñ ar̃ vltra ꝙ re
ceſſus a deo ẽ longatio in tali pec=
cante ab et̃no in infinitũ.dico ꝙ nõ
q2 nullꝰ ẽ tãtꝰ receſſꝰ qn poſſet eſſe
maior.⁊ alij infiniti poſſint eſſe.ſi=
cut infinite poſſint curuationes eẽ
in linea.Probabiliter tamẽ põt di
ci ꝙ nõ eſt poſſibile ꝙ aliquis peccaſ
ſet ab eterno.

¶ Ad ſextum dixi ſu
ſupra ꝙ nõ eſt nec p̃t eẽ creatura ra
tionalis in ſola eſſentia ſine oĩ for=
ma ſuperaddita ⁊ ſine pctõ: q2 ꝓua
tio iuſticie naturalis in creatura
rationali eſt per ſe et eſſentialiter
peccatum.

¶ Ad ſeptimum dico
ꝙ malicia actualis nõ denominat
creaturam malã formaliter:ſed ſo
lum malicia habitualis:et ita ma
lus eſt poſt actũ ſicut fuit in actu.

¶ Ad octauum dico
ꝙ nulla maior pena ſcl̃ꝰ debet pro
actuali pctõ et habituali q̃ de ſolo
habituali.

¶ Ad nonum dico ꝙ
negãdo hanc ꝯñam.b.habet vnum
pctm̃ plus q̃.a.⁊ cetera ſũt paria.ergo
.b.eſt magis malus ⁊ magis puniẽ=
dus.ſʒ pluribus malicijs ẽ malꝰ q̃
a.eſſet.Sʒ ꝯtra reſpõſionẽ ſuꝑius
poſitam poſſet obijci de pctõ omiſ=
ſionis.ſed dicẽduʒ ẽ ꝙ in pura omiſ
ſione pctm̃ ẽ pura ꝓuatio iuſticie de
bite ieẽ nec ẽ alia euerſio.⁊ q̃titas
malicie attẽdit̃ penes circũſtãtias
in pctõ aũt ꝯmiſſionis aliomodo ẽ
auerſio et ꝯuerſio.

¶ Nũc reſtat tracta=
re quare ꝓ pctõ tẽporali ⁊ momẽ=
taneo debet̃ pena eterna ꝓpter ali
quã circũſtantiaʒ infinite aggrauã
tẽ.cuius tamẽ oppoſitũ dicit ſãctꝰ
thomas quarta ꝑte ſcripti d.8.q.3
et p̃t ꝯfirmari ꝑ gloſã origenis.et
ponit̃ i gloſa ſcti thome ſuꝑ euãg.
mathei.25.leuior ẽ culpa neglige=
re nimis ſãctos q̃ ſãctiores.ergo i

infinitū graue eſt negligere in īfini tum ſanctum. Similirer patet de vera et falſa penitentia. 7.ca. ī cō feſſione conſiderandum eſt quē offdat q̃ bonus eſt: q̃ benignus. ⁊c. hꝰ patet. quia perſona ↄtra quā ē peccatum aggrauat. et per conſequēs perſona infinita infinite aggrauat Similiter ethicoꝝ. 4. habetur ꝙ iuſticia diſtributiua attendenda eſt dignitas perſone et non ſolum operantis. ſed pro quo et ↄtra quē fit operatio. Similiter anſelmus pͥo Cur deꝰ homo. ca. 21. ex infinitate bonitatꝭ diuine ↄtra quā ē oē pctm̄ arguit ipſe vt videt̄ infinitā ē culpe maxime infinite ibidē cū deſidero actionē ipſaꝫ. leuiſſimā video eē ſed tamē cum intueor quid ſit contra voluntatem dei grauiſſimū q̄d dam et nulli bono ↄparabile puto. patet idem ꝑ Auguſtinum. 21. de ciuitate dei. ca. 21. vbi reddit cauſam quare pro vno pctō mortali paruo tempore perpetrato debeatur pena eterna. et dicit de primo homine ꝙ hoc in ſe habuit bonum ꝙ eſſe poſſit ineternum. Similiter dicit gregorius dyal'. ad magnam iuſticiaꝫ iudicantis pertinet vt nunq̃ careret ſupplicio qui nūq̃ voluit carere peccato. Oīs enim peccans facit in eo culpam que quātū in eo ē erit i ipſo ineternū. qꝛ pctm̄ eſt in ſpiritū ſanctū vadens ⁊ nō rediens. ⁊ iſtud vocat peccare in ſuo eterno ſemper quando auctores aſſignant cauſaꝫ quare pro peccato temporali debeatur pena eterna ſemper currunt ad aliquam circunſtantiaꝫ infinite grauantem Et per conſequēs iſta eſt cauſa quare pro peccato mortali debeatur pena eterna. quia malicia ratione alicuius circūſtātie aggrauantis infinite. eſt, infinita.

